# DE THEOPHRASTI ERESII LIBRIS PHYTOLOGICIS



DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

PAULUS WIRTZ

ALSATA.

ARGENTORATI

EX OFFICINA „STR. N. N.“, olim H. L. KAYSER.

MDCCCXCVIII.

# DE THEOPHRASTI ERESII LIBRIS PHYTOLOGICIS

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

PAULUS WIRTZ

ALSATA.

ARGENTORATI
EX OFFICINA „STR. N. N.“, olim H. L. KAYSER.
MDCCCXCVIII.

Von der philosophischen Fakultät genehmigt am 30. Juli 1898.

De fide ac fontibus Plinii in libris historiae naturalis permulti viri docti in his annis quaesiverunt, eruditissime nuper Münzer in libro qui inscribitur „Beiträge zur Quellenkritik der Naturgeschichte des Plinius“, Berlin 1897. Qualis sit ratio inter Theophrastum totius antiquitatis in phytologia auctorem gravissimum et Plinianos libros, imprimis phytologicos duo nuper viri docti diligenter exposuerunt, quorum alter Sprengel in dissertatione „de ratione, quae in historia plantarum inter Plinium et Theophrastum intercedit“, Marp. Catt, 1890, qui ipse ad finem quendam perduxit quaestionem mus. rhen. vol XLVI p. 54—70, alter Renjes, cum ille de libris XII et XIII praecipue hist. nat. egerit, librum XVI. pertractat in dissertatione Rostochiensi anni 1893[1]). Tetigit et Münzer l. l. hanc quaestionem ita, ut in Sprengelii iudicio acquiesceret, singularia suo loco infra enumeranda fusius docte exposuit. Sprengel l. l. probare studuit ne inspexisse quidem Plinium Theophrasti ipsius libros, sed per Jubae Mauretaniae regis libros, quibus „de Arabia et vicinis regionibus“ agitur, adhibuisse. Renjes contra comparando libro XVI h. n. cum libris Theophrasteis, Plinium hos ipsos excussisse monstrare studet. Multum mihi adhuc abesse videtur, ut disputatio de hac re absoluta sit, neque inutile videtur pauca ad diiudicandam hanc quaestionem in prima huius dissertatiunculae parte afferre.

---

[1]) Quae omnia in hac re publici iuris fecerunt viri docti enumerat Sprengelius initio dissertationis supra commemoratae.

# I.

Ac primum perquirendum videtur, qualem textum librorum Theophrasti Plinius sive ipse sive per alium quendam auctorem adhibuerit. Adeundi sunt ad hanc enucleandam rem etiam aliorum scriptorum libri, qui item Theophrasti libris usi multas ex his sententias afferunt, Athenaeum imprimis dico, ad quem accedunt et scholiastarum quorundam adnotationes ad Homeri, Nicandri carmina, et alii scriptores, quos suo quemque loco nominabimus. Quibus omnibus testimoniis collectis et cum Theophrasteo textu, qualem libri manuscripti exhibent, comparatis mea quidem sententia ad certum quoddam iudicium res perduci potest. Optimum videbatur a Theophrasteis eclogis, quae in Athenaei libris occurrunt, initium sumere: numero sunt quinquaginta quinque ex omnibus 9 libris historiae plantarum Theophrasti sumptae, quibuscum ipsa Theophrasti tum Plinii de eadem re verba conferre liceat. Omnes vero singillatim has eclogas afferre, superfluum: partim ipsa verba partim nihil nisi res ipsas a Theophrasto expositas ad sensum solum exhibent; differunt autem loci quidam et sensu et verbis a Theophrasteo textu, alii quamvis nomine Theophrasti inscripti nusquam in huius ipsius libris, quales codicibus traditos habemus, leguntur. Ac primum perquiramus qualis sit ratio inter Theophrasteas eclogas Athenaei et Plinii atque ita quidem, ut diligenter, quas ille a Theophrasti ipsius verbis exhibeat discrepantias animadvertamus.

Ordiamur igitur ex illis sententiis in Athenaei libris, quae sub nomine Theophrasti exstant, in nostro Theophrasteo textu non occurrunt. Sunt numero 6, quas Wimmerus in editione sua[1]) inter fragmenta Theophrastea enumerat, Kaibelius in Athenaei editione dubitat, num ex ipso Theophrasto sumpta sint. ac primum descriptio quaedam plantarum nomine ἐγγεοτόκων i. e. intra terram parientium, quam sub Theophrasti (fr. 167) nomine exhibent et Athenaeus II, p. 62,

[1]) Theophrasti Eresii opera, quae supersunt, omnia rec. Frid. Wimmer, Parisiis 1866.

a—b et Plinius[1]), a Theophrasto omittitur, ipsa tamen planta commemoratur h. pl. I, 6, 9:

| Ath. II, p. 62, a—b. | Plin. h. n. XIX, 36—38 |
| --- | --- |
| καὶ ἡ τῶν ἐγγεοτόκων γένεσις ἅμα καὶ φύσις, οἷον τοῦ τε ὕδνου καὶ τοῦ φυομένου περὶ Κυρήνην ὃ καλοῦσι μίσυ. δοκεῖ δ᾽ἡδὺ σφόδρα τοῦτ᾽ εἶναι καὶ τὴν ὀσμὴν ἔχειν κρεώδη, | simile est quod in Cyrenaica provincia vocant misy praecipuum suavitate odoris ac saporis, sed carnosius. |
| καὶ τὸ ἐν τῇ Θρᾴκῃ δὲ γενόμενον οἰτόν. περὶ δὲ τούτων ἴδιόν τι λέγεται· φασὶ γάρ, ὅταν ὕδατα μετοπωρινὰ καὶ βρονταὶ γίνωνται σκληραὶ τότε γίνεσθαι καὶ μᾶλλον ὅταν αἱ βρονταί ὡς ταύτης αἰτιωτέρας οὔσης. οὐ διετίζειν δέ, ἀλλ᾽ ἐπέτειον εἶναι· τὴν δὲ χρείαν καὶ τὴν ἀκμὴν ἔχειν τοῦ ἦρος· οὐ μὴν ἀλλ᾽ ἔνιοί γε ὡς σπερματικῆς οὔσης τῆς ἀρχῆς ὑπολαμβάνουσιν. ἐν γοῦν τῷ αἰγιαλῷ τῶν Μυτιληναίων οὔ φασι πρότερον εἶναι πρὶν ἢ γενομένης ἐπομβρίας τὸ σπέρμα κατενεχθῇ ἀπὸ Τιαρῶν· | et quod in Threcia iton et in Graecia geranion. De tuberibus haec traduntur peculiariter: cum fuerint imbres autumnales ac tonitrua crebra tunc nasci et maxime tonitribus, nec ultra annum durare, tenerrima autem verno esse. quibusdam locis accepta tantum riguis feruntur, sicut Mytilenis negant nasci nisi exundatione fluminum invecto semine ab Tiaris. |
| τοῦτο δ᾽ἐστὶ χωρίον ἐν ᾧ πολλὰ γίνεται· γίνεται δὲ ἔν τε τοῖς αἰγιαλοῖς μάλιστα καὶ ὅπου χώρα ὕπαμμος· καὶ γὰρ αἱ Τιάραι τοιαῦται. φύεται δὲ καὶ περὶ Λάμψακον ἐν τῇ Ἀβαρνίδι καὶ ἐν Ἀλωπεκοννήσῳ κἀν τῶν Ἠλείων. | est autem is locus, in quo plurima nascuntur. Asiae nobilissima circa Lampsacum et Alopeconnesum, Graeciae vero circa Elim. |

Adnotare liceat falso Plinium verba δοκεῖ δ᾽ἡδὺ σφόδρα τοῦτ᾽ εἶναι καὶ τὴν ὀσμὴν ἔχειν κρεώδη in „praecipuum suavitate odoris ac saporis, sed carnosius“ transtulisse. Addidisse

[1]) ed. Mayhoff, voll II—V, Lips. 1875—97.

videtur sententiam „quod .... in Graecia geranion." Conferas tamen verba Athenaei, quae item sub Theophrasti nomine praecedunt II, p. 62 a: τὸ ὕδνον (ὃ καλοῦσί τινες γεράνειον) καὶ εἴ τι ἄλλο ὑπόγειον...., quam sententiam et codices nostri exhibent, sed valde aliter canformatam h. pl. I, 6, 9, καὶ τὸ ὕδνον δὲ καὶ ὃ καλοῦσί τινες ἀσχίον καὶ οὔϊγγον καὶ εἴ τι ἄλλο ὑπόγειον[1]). Haec igitur Plinii sententia item in Theophrasto erat. Neque aliter iudicari licet de altera ecloga Athenaei II, p. 61, e, quae exstat in Plinii h. n. XIX, 38 (fr. 168 W.)

| Ath. II p. 61, e (fr. 168). | Plin. h. n. XIX, 38: |
|---|---|
| Θεόφραστος δὲ ἐν τῷ περὶ φυτῶν ἱστορίας γράφει· ὑπόγεια δὲ τὰ τοιαῦτά ἐστι καὶ ἐπίγεια, καθάπερ οὓς καλοῦσί τινες πέζιας, ἅμα τοῖς μύκησι γιγνομένους. ἄριζοι γὰρ καὶ αὐτοὶ τυγχάνουσιν. ὁ δὲ μύκης ἔχει προςφύσεως ἀρχὴν τὸν καυλὸν εἰς μῆκος καὶ ἀποτείνουσιν ὑπ' αὐτοῦ ῥίζαι .... (finis sententiae Athenaci apud Plinium non exstat). | sunt et in fungorum genere Graecis dicti pezicae, qui sine radice aut pediculo nascuntur. |

Optimo iure Kaibelius ad Athenaei verba Theophrastum nostrum adnotat non consentire cum Athenaei verbis, quia ille nec caules nec radices fungos habere docet (cf. h. pl. I, 1,11: οὔτε γὰρ ῥίζαν πάντ' ἔχει οὔτε καυλὸν οὔτε ἀκρεμόνα οὔτε φύλλον οὔτε ἄνθος οὔτε καρπὸν οὔτ' αὖ φλοιὸν ἢ μήτραν ἢ ἶνας ἢ φλέβας οἷον μύκης, ὕδνον), Athenaei verbis vero et caulem et radicem fungus habere dicitur. Utrique tamen sententiae apud Athenaeum Theophrasti nomen additur, utramque Plinius exhibet.

Accedunt tres aliae eclogae Athenaei, quae item sub Theophrasti nomine proferuntur et omnes tres incipiunt a

---

[1]) secundum Athenaei verba viri docti Theophrastea verba emendare studuerunt cf. Schneideri adnotationem in editione Theophrasti operum vol. III p. 34.

verbis: Θεόφραστος δ' ἐν δευτέρᾳ φυτῶν ἱστορίας φησί, quarum tamen in altero nostri Theophrasti libro historiae plantarum ne vestigium quidem invenire possis[1]), primam eclogam exhibet Athenaeus III p. 77, a, Plinius h. n. XV, 70:

| | |
|---|---|
| Θεόφραστος δ' ἐν δευτέρᾳ φυτῶν ἱστορίας συκῶν φησι γένος τοιοῦτόν τι εἶναι οἷον ἡ Ἀράτειος καλουμένη. | est et ..... Aratia alba pediculo minimo, latissima .... |

Athenaeus quidem nihil nisi nomen arboris, Plinius vero et descriptionem quandam affert. de caprifico uterque complura narrat, Athenaeus III p. 77 e, Plinius h. n. XVI, 114:

| Ath. III. p. 77 e. | Plin. h. n. XVI, 114. |
|---|---|
| ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ περὶ φυτῶν ὁ Θεόφραστος καὶ τὸν ἐρινεὸν εἶναί φησι δίφορον, οἱ δὲ καὶ τρίφορον ὥσπερ ἐν Κέῳ. | sunt et biferae in isdem; in Ceo insula caprifici triferae sunt. |

apud Athenaeum sequitur tum sententia:

| | Plin. h. n. XVI, 113. |
|---|---|
| ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τῆς φυτικῆς ἱστορίας ὁ φιλόσοφός φησιν· ἔστι καὶ ἄλλο γένος συκῆς ἔν τε τῇ Ἑλλάδι καὶ περὶ Κιλικίαν καὶ Κύπρον ὀλονθοφόρον, ὃ τὸ μὲν σῦκον ἔμπροσθε φέρει τοῦ θρίου, τὸ δὲ ὄλονθον ἐξόπισθεν· αἳ δὲ ὅλως ἐκ τοῦ ἔνου βλαστοῦ καὶ οὐκ ἐκ τοῦ νέου, πρῶτον δὲ τοῦτο τῶν σύκων πέπονά τε καὶ γλυκὺν ἔχει καὶ οὐχ ὥσπερ τὸν παρ' ἡμῖν, γίνεται δὲ καὶ μείζων οὗτος πολὺ τῶν σύκων· ἡ δ' ὥρα μετὰ τὴν βλάστησιν οὐ πολύ. | insigne proditur in quodam genere Ciliciae, Cypri, Helladis ficos sub folio, grossos vero post folium nasci[2]). |

[1]) Mirari sane licet quod ne in fragmentis quidem Wimmerianae editionis vestigium inveniri possit.

[2]) Sane primo quisque obtutu intelleget § 113 Plinium attulisse complures sententias Theophrasti de pomis, fici prodromis

Plinium apparet nihil nisi partem descriptionis exhibere, quam integram Athenaeus affert. Renjes l. l., qui librum XVI h. n. cum Theophrasti libris diligenter comparavit, ad Plinii verba adnotat in Theophrasto non exstare, falsum sane siquidem Theophrasto tribuimus, quae Athenaeus nomine Theophrasti inscripsit, etsi in nostro Theophrasto non sunt. Fortasse hic et aliam Athenaei IX p. 371, c adnotationem afferre licet: μνημονεύει τοῦ σταφυλίνου καὶ Θεόφραστος: ne hanc quidem plantam Theophrastus noster novisse videtur. putabam olim cum his Athenaei verbis conferendam esse sententiam Plinii h. n. XX, 30, qua de staphyllino dicit: „radicem eius (scil. staphyllini) Dieuches contra iocineris .... dari iubet, Cleophantus et dysintericis veteribus.“ „Cleophantus“ exhibetur ab uno codice E, „Theophrastus“ autem a reliquis dT. propter Athenaeum primo forsitan obtutu melius „Theophrastus“ legi videtur, tamen lectio codicis E defenditur indice auctorum ad librum XX, quo eadem series medicorum et Cleophantus invenitur.

Ex harum lectionum enumeratione forsitan iam illud occurrat Athenaeum aliud atque nostrum Theophrasti exemplar

---

qui dicuntur praecocibus fructibus (cf. Theophr. c. pl. V, 1, 8 (6 extr.)), quas Athenaeus in eodem nexu p. 77 c — f habet. Suo iure igitur vir doctissimus Kaibelius ad Athenaei verba adnotavit: ‚non habet haec Theophrastus, sed habuit ille cuius copiis e Theophrasto maxime compilatis Athenaeus et Plinius usi sunt‘, iterumque substantivo Athenaei (p. 77 e) φιλόσοφος non Theophrastum, sed Athenaei et Plinii communem auctorem designari. Ni fallor suspicatur communem hunc auctorem esse Tryphonem Alexandrinum grammaticum. Kaibelio duce ipse quondam similiter de hac re iudicavi. Quodsi quisquam Tryphonem esse illum communem auctorem, praesertim cum huius nomen etiam apud Athenaeum l. l. exstet, qui ipse scripsit opus φυτικά vel φυτῶν ἱστορία inscriptum (fragm. coll. Velsenus), probare velit, opus est in Plinii libris vestigia huius Thryphonis operis monstrare: sed ne uno quidem loco Plinius ullam Thryphonis phytologiae sententiam exhibet, immo ne de genere quidem Thryphonis libri iudicare licet, utrum re vera phytologicus fuerit an potius grammaticus, quo plantarum nomina lexicographice ut ita dicam enumerentur et exponerentur (sic ipse Velsenus de Thryphonis libro phytologico iudicat).

in manibus habuisse, quoniam sub nomine Theophrasti auctoris sententias afferat, quae in nostro non exstant, Plinius cum has item exhibeat, adhuc nihil obstat quin eodem Theophrasteo exemplari sive ipso sive per alium quendam auctorem eum usum esse contendamus.

Paucis aliis exemplis hoc fusius exponere liceat, quae ab illis ita differunt, ut in nostro quamvis exstent Theophrasto, tamen ipsa Athenaei et Plinii verba eandem discrepantiam exhibeant, e. g. de thericleis calicibus e terebintho factis verba facit Theophrastus h. pl. V, 3, 2, Athenaeus XI p. 470 f, Plinius h. n. XVI, 205:

| Theophr. | Ath. | Plin. |
|---|---|---|
| Τορνεύεσθαι δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς καὶ κύλικας θηρικλείους, ὥστε μηδένα ἂν διαγνῶναι πρὸς τὰς κεραμέας. | Τορνεύεσθαι δὲ ἐξ αὐτῆς καὶ κύλικας θηρικλείους, ὥστε μηδένα ἂν διαγνῶναι πρὸς τὰς κεραμέας. | celebratur et Thericles nomine calices ex terebintho solitus facere torno, perquam probatur materies. |

Pliniana enim sententia ab ipso Theophrasto ita discrepat (et ut videtur etiam ab Athenaeo), ut Plinius pro adiectivo θηρικλείους nomen posuerit viri cuiusdam Thericlis, quem hos fecisse dicit. Renjes l. l. suo iure ad Plinii verba adnotat: „mirus hic error adnotandus Plinii. Ex eo, quod Theophrastus tradit e ligno terebinthorum fieri calices Thericleas, hos ipsos factos esse a Thericle Plinius concludit, quod falsum est.“ Fortasse rem paululum aliter se habere contendere liceat, quoniam ea, quae addit Athenaeus: „κατασκευάσαι δὲ λέγεται τὴν κύλικα ταύτην Θηρικλῆς ὁ Κορίνθιος κεραμεύς“, a communi et Athenaei et Plinii auctore sententiae Theophrasteae adiecta esse videntur; hoc vero rectum Plinium male transtulisse ad calices therebinthinos adnotationem, qua explicabatur cur calices fictiles vocentur thericlei, quoniam hos primus Thericles quidam fabricaverit.

In cacti descriptione tres consentiunt Theophrastus h. pl. VI, 4, 10, Athenaeus II p. 70, d—e, Plinius h. n. XXI, 97, sed in fine lectio discrepat:

| Theophr. | Ath. | Plin. |
|---|---|---|
| καλοῦσι δὲ αὐτὸ σκαλίαν | καλοῦσι δ'αὐτὸ ἀσκάληρον | vocant ascaliari |

sic exhibent Plinii codd. VGRE (cf. Mayhoffii editionem). Quamquam „ascaliari“ corruptum esse videtur, hoc tamen apparet secundum Athenaeum in a s c a l a r u m mutandum esse, non cum omnibus editoribus in ascaliam vel scaliam, contra cuius scripturam Athenaeus et Plinius consentiunt. Similem discrepantiam uterque exhibet in descriptione vini cuiusdam Achaici:

| Theophr. h. pl. IX, 18, 11 | Ath. I, p. 31 f. | Plin. h. n. XIV, 116 |
|---|---|---|
| πάλιν δ'ἐν Ἀχαΐᾳ καὶ μάλιστα περὶ Κερυνίαν ἀμπέλου τι γένος ἐστὶν ἀφ'ἧς ὁ οἶνος ἐξαμβλοῦν ποιεῖ τὰς ἐγκύμονας κἂν αἱ κύνες φάγωσι τῶν βοτρύων ἐξαμβλοῦσιν καὶ αὗται. | περὶ δὲ Κερυνίαν τῆς Ἀχαίας ἀμπέλου τι γένος εἶναι ἀφ'ἧς τὸν οἶνον ἐξαμβλοῦν ποιεῖν τὰς γυναῖκας τάς ἐγκύμονας. κἂν τῶν βοτρύων δὲ, φησί, φάγωσιν ἐξαμβλοῦσιν. | at in Achaia maxime circa Ceryniam abigi partum vino, a t q u e e t i a m s i u v a m e d a n t g r a v i d a e, cum differentia in gustatu non sit. |

Tres auctores ita discrepare videntur, ut Athenaeus et Plinius uvis eandem vim tribuerint atque vino neque quidquam nisi de feminis gravidis loquantur, Theophrastus noster talem uvarum vim et ad canes transferat: κἂν αἱ κύνες φάγωσιν τῶν βοτρύων ἐξαμβλοῦσιν καὶ αὗται. Neque mendum huic scripturae inesse videtur ut pro ΚΥΝΕC haud difficili mutatione scribas κύουσαι vel ἐγκύμονες vel γυναῖκες, quas omnes coniecturas viri docti adhuc periclitati sunt (cf. Schneideri adn.), ἐξαμβλοῦσιν καὶ αὗται significat non iam de feminis agi. Discrepantia sic explicanda est, ut error sic ortus sit quod ΑΙΚΥΝΕC pro ΕΓΚΥ<ΜΟ>ΝΕC legebatur, locus igitur non corruptus tantum, sed etiam interpolatus, quod ex addita sententia ἐξαμβλοῦσιν καὶ αὗται[1]) colligas: neque Plinius neque Athenaeus de canibus verba fecit.

Idem iudicare velim de eis Theophrasti eclogis quarum et Athenaeus et Plinius sensum retineat, ipsa verba eadem ratione mutet, id quod casu factum esse credi nequit. e. g. de myrto ita loquuntur:

---

1) Ed. Schwartz benigne mihi hanc explicationem proposuit.

| Theophr. h. pl. VI, 8,5. | Ath. XV p. 676 e. | Plin. h. n. XV, 123 |
|---|---|---|
| ἐν Αἰγύπτῳ γὰρ τὰ μὲν ἄλλα πάντ᾽ ἄοσμα καὶ ἄνθη καὶ ἀρώματα αἱ δὲ μυρρίναι θαυμασταὶ τῇ εὐοσμίᾳ. | διάφορος δὲ γίνεται κατὰ τὴν ὀδμὴν ἡ ἐν Αἰγύπτῳ μυρρίνη παρὰ τὰς ἐν ἄλλαις χώραις. | myrtus odoratissima in Aegypto. |

Quamquam primo obtutu omnino nulla videtur discrepantia esse: tamen non idem Athenaeus et Plinius atque noster Theophrastus significant, quippe qui cum myrtum dixerit optimo odore esse in Aegypto, alia vero non olere, dicant myrtum odoratissimam esse in Aegypto (scil. παρὰ τὰς ἐν ἄλλαις χώραις). Augetur discrepantia, si modo respicias Theophrastum hanc sententiam descriptioni coronariarum plantarum, quae στεφανωματικά audiunt, inseruisse, illos eandem sententiam accuratae descriptioni myrti addidisse, quo factum est ut falso mutarent Theophrastea verba. Accedant similes quidam loci de planta quadam mirabili Indiae:

| Theophr. h. pl. IX, 18,9 | Ath. I, p. 18 d. | Plin. h. n. XXVI, 99 |
|---|---|---|
| Θαυμασιωτάτη δὲ ἣν ὁ Ἰνδὸς εἶχεν . . . . . αὐτὸν γοῦν λέγειν, καὶ γὰρ ἦν ἰσχυρὸς καὶ μέγας, ὅτι ἑβδομήκοντά ποτε πλησιάσειε. τὴν δὲ πρόεσιν αὐτῷ τοῦ σπέρματος εἶναι κατὰ σφράγγα τελευτῶν δὲ εἰς αἷμα ἀγαγεῖν. | Θεόφραστος δ᾽οὕτω φησί τινας ὀχευτικὰς δυνάμεις εἶναι ὥς καὶ μέχρι ἑβδομήκοντα συνουσιῶν ἐπιτελεῖν καὶ τὸ τελευταῖον αὐτοῖς αἷμα ἀποκρίνεσθαι. | prodigiosa sunt quae circa hoc tradit Theophrastus, auctor aliquioqui gravis, septuageno coitu durasse libidinem contactu herbae, cuius nomen genusque non posuit. |

Quod semel factum esse Theophrastus dixit, et Plinius et Athenaeus in universum vertunt, formam sententiae Theophrasteae uterque eodem modo commutavit cf. ἐπιτελεῖν ἑβδομήκοντα συνουσιῶν = septuageno coitu durasse libidinem contra Theophrasti ἑβδομήκοντο πλησιάσειε, uterque e verbo πλησιάσειε substantivum συνουσίαν sibi formavit, iterum ad commune eorum exemplar hoc pertinere contenderim.

Iam quae demonstrasse nobis videmur, paucis verbis comprehendamus: is Theophrastus, cuius Athenaeus quinqua-

ginta quinque sententias excerpit, quibus semper Theophrasti auctoris nomen addit, non idem est atque noster Theophrasteus textus, sed similis illius quo Plinius usus est. Omnibus aliis locis, quos enumerare superfluum est (cf. indicem Kaibelianum Athenaei s. n. Theophrastus) Athenaei verba cum Theophrasto et Plinio consentiunt.

Vestigia huius discrepantiae et apud alios scriptores inveniri infra fusius demonstrabimus. Pauca exempla hic iam afferre liceat. Scholiasta ad Nicandri Theriaca, v. 596 adnotat[1]): Θεόφραστος δὲ λέγει τὸ ἱπποσέλινον, ὃ καὶ ἐν τοῖς πετρώδεσι τόποις γίνεσθαί φησι. Theophrastus copiose hipposelinum plantasque eiusdem generis describit h. pl. VII, 6, 3 sqq. De locis, ubi seruntur vel nascuntur nihil dicit nisi: φύεται δὲ ὁμοίως πανταχοῦ. In scholiastae exemplari scriptum erat: φύεται vel γίνεται δὲ καὶ ἐν πετρώδεσι τόποις. Cum hac lectione conferamus Plin. h. n. XIX, 163: „hipposelinum veteres praeceperant in l o c i s  i n c u l t i s,  l a p i d o s i s iuxta maceriam seri.“ Qui veteres fuerint fortasse apparebit, simodo sententiam, quae praecedit, perlegis, in qua de tota sua hipposelini descriptione dicit: „auctorque est Theophrastus.“ Itaque etiam in Theophrasteo exemplari ex quo Pliniana verba sumpta sunt, exstabat similis sententia atque scholiastae: ἱπποσέλινον φύεται καὶ ἐν πετρώδεσι τόποις[2]), in nostro autem Theophrasto nunc deest. De hoc loco infra iterum disputabimus.

Idem scholiasta ad v. 856 adnotat: τοῦ δὲ φλόμου φησὶν Θεόφραστος δύο εἴδη εἶναι, ἄρρεν καὶ θῆλυ. Uno solo loco in Theophrasti libris mentio huius plantae, quae φλόμος appellatur, fit, h. pl. IX, 12, 3: .... ταύτης τὸ φύλλον ὥσπερ φ λ ό μ ο υ τ ῆ ς  μ ε λ α ί ν η ς, nusquam vero in nostro quidem textu illa scholiastae verba leguntur. Apparet vero ex ipsius Theophrasti quae attulimus verbis supra vel alio loco plantam quae φλόμος

---

1) cf. Nicandrea ed. Schneider Lips. 1856 p. 47 in scholiis ex rec. H. Keilii.

2) h. n. XIX, 163 Plinius coniunxit verba Theophrasti cum Columella cf. infra p. 46—48 et cum Theophrasti verbis cf. alia Plinii verba ex ipso Theophrasto sumpta h. n. XIX, 124.

audit, fusius descriptam esse, quippe cuius forma cum altera planta comparetur. Quare concludi liceat mancam esse codicum recensionem. Probatur hoc siquidem conferas Pliniana verba de eadem planta h. n. XXV, 120: Verbascum Graeci phlomon vocant, genera habet duo: album in quo mas intellegitur, alterum nigrum, in quo femina. Graecum auctorem quem secutus duo genera phlomi affert, scholiasta significat esse Theophrastum. Aliud huius recensionis vestigium patet apud Athenaeum, Hesychium (s. v. σίδη), scholiastam Nic. Ther.: hic ad v. 887 ἐν Ὀρχομενῷ φησι Θεόφραστος ῥίζαν φύεσθαι φυτόν τι ἐν τῷ ὕδατι, λεγόμενον σίδην, τηλίκον ὅσον μήκων. ἔχει δὲ κόκκους ἐρυθροὺς ὁμοίους ῥοίᾳ, στρογγυλοτέρους δέ. Describit hanc Theophrastus h. pl. IV, 10, 3, Athenaeus XIV p. 651 a—b, Hesychius s. v. σίδη; redit utraque descriptio ad Theophrastum auctorem:

| Theophr. | Ath. | Hesychius s. v. σίδη. |
|---|---|---|
| ἡ δὲ σίδη τὴν μὲν μορφήν ἐστιν ὁμοία τῇ μήκωνι.... φύλλα ποώδη παραπλήσια τοῖς τῶν ῥόδων ὅταν ἐν κάλυξιν ὦσι .... ἀνοιχθεῖσα δὲ τοὺς κόκκους ἐρυθροὺς μὲν ἔχει, τῷ σχήματι δὲ οὐχ ὁμοίους ταῖς ῥόαις ἀλλὰ περιφερεῖς. | λέγεται δέ τι καὶ φυτὸν σίδη ὅμοιον ῥοιᾷ, γινόμενον ἐν τῇ περὶ Ὀρχομενὸν λίμνῃ ἐν αὐτῷ τῷ ὕδατι, οὗ τὰ μὲν φύλλα τὰ πρόβατα ἐσθίει, τὸν δὲ βλαστὸν αἱ ὕες, ὡς ἱστορεῖ Θεόφραστος ἐν τετάρτῳ περὶ φυτῶν, γίνεσθαι λέγων κἀν τῷ Νείλῳ ὁμώνυμόν τι αὐτῇ ἄνευ ῥιζῶν. | Θεόφραστος φυτὸν ἕτερον τῆς ῥοιᾶς εἶναι τὴν σίδην, φύεσθαι δὲ ἐν τῷ Νείλῳ. |

Athenaei verba optimo iure Kaibelius adnotat non esse Theophrasti, quod ex comparatione cum Hesychii verbis conclusit. Uterque et Athenaeus et Hesychius addunt secundum Theophrastum hanc plantam et in Nilo flumine nasci, de qua re ille omnino verba non fecit. Levior discrepantia est quod illi ῥόᾳ similem esse σίδην dicunt, Theophrastus ipse οὐχ ὁμοίους scribit: dixerat enim antea κόκκους ἐρυθροὺς ἔχει i. e. κόκκους eodem colore atque ῥόαι, tum addidit: forma vero dissimiles, ἀλλὰ περιφερεῖς.

Hoc igitur hucusque pro certo poni liceat: noverant veteres scriptores alteram textus Theophrastei recensionem, cuius vestigia apud Plinium, Athenaeum, Hesychium, scholiastam Nicandreum adhuc deteximus.

Ad alteram partem quaestionis accingamur, qualis intercedat ratio inter codicum recensionem et alteram hanc scriptorum.

## II.

Pars enim libri IX historiae plantarum Theophrasti duplici recensione tradita est: codice Urbinati U post ultima verba libri IX sub titulo libri decimi verba libri noni inde a cap. 8, § 1, a verbis „τῶν δὲ ῥιζῶν πλείους μέν“ usque ad cap. 19 § 4: ἐνδέχεται ταὐτὸ γίνεσθαι[1]) repetuntur, ita tamen ut plurimas exhibeant discrepantias. In Mediceis M pars quaedam multo minor post finem libri IX addita est, nempe a cap. 8, § 62 ὁ μὲν οὖν ὀπισμός usque ad cap. 10 § 3 βέλτιστοι δὲ καὶ οἷς. Lectiones huius recensionis in critica Wimmeri editione signantur litteris U * et M *. Discrepantiae harum duarum recensionum tantae sunt, ut iam Schneiderus l. l. p. 78 tom. V adnotet „ex alio codice et recensione diversa fuisse descriptam totam partem“, quam sententiam etiam Wimmerus recepit. Optimam disputationem de Theophrasti codicibus post eum instituit O. Kirchner in dissertatione commemorata „de Theophrasti Eresii libris phytologicis I.“ Quod ibi enucleavit, comprehendit verbis p. 33: ‚de codicibus haec erunt observanda. Optimi sunt U * et M *‘ qui unius quasi

---

[1]) falso O. Kirchner in dissertatione „de Theophrasti Eresii libris phytologicis, particula prima. Vratislaviae 1874“ p. 20 usque ad extrema „ἧττον φυσικαί εἰσιν“, cap. 20 § 6 omisso ultimo verbo εἴρηται repetere codicem U librum nonum dicit cf. Schneider tom. V in auctario lectionum variarum pp. 70 et 78, deinde verba quae Wimmerus fecit in editione critica: Theophrasti Eresii historia plantarum emendavit cum adnotatione critica ed F. Wimmer, Vratislaviae 1842 p. 310 et 347.

familiae reliquias servaverunt, iis locis ubi U* et M* silent, Urbinas eique paria Excerpta Parisiensia ($P_2$) optimi sunt libri, sed tales, ut multa falsa tradant, quae coniecturis, si fieri potest, restituenda sunt. Hi duo codices cum omnibus ceteris, Parisiensi (excepta parte libri noni), Mediceis, Vindobonensi alteram ostendunt recensionem librorum Theophrasti atque ita quidem ut Vindobonnensis e Mediceis et Parisiensis ex apographo quodam Urbinatis descripti sint.“ De parte libri noni codicis P dicit p. 18, ubi exposuit extremam partem codicis P non ex U profectam esse, sed aliquo modo cum recensione codicis U* cohaerere. Quod tamen in singulis codicibus praestitere viri docti, ut qualis inter eos ratio intercederet docerent, hoc in iudicio de ipsis recensionibus ferendo eis nondum cessit. Certe quo iure U* et M* meliorem quandam textus recensionem praebere dicantur non intellego, neque usquam quantum video exposuit quisquam, quae ratio intercederet inter hanc meliorem dictam et peiorem reliquorum codicum recensionem, imprimis quomodo haec ex illa oriri possit. Supra cum probasse nobis videamur et Plinium et alios scriptores altera atque nostra recensione usos esse, haud inutile erit primum nunc perquirere, quae ratio sit inter hanc veterum scriptorum recensionem Theophrasti et quam meliorem dicunt viri docti recensionem codicum U* M*. Ordinem sequar orationis Theophrasteae.

Accurate in hanc rem inquiri nondum potest: scripturae varietates una editio Vratislaviensis, quam Wimmerus composuit, exhibet, qui ipse nihil nisi verba Schneideri ex auctario variarum lectionum et adnotationibus vol. V. et III. eius optimae editionis repetit: tamen collatio codicum, adnotatio variarum lectionum non ita accurata est, ut semper quid singuli libri scriptum habeant, diiudicari possit. Quamvis igitur codicibus accuratius pervolutatis fieri possit ut sententia, quam infra de recensionibus exponemus, et aliis exemplis firmetur, tamen persuasum habeo exempla vix talia fore, ut quod monstraturi simus, concutiatur. l. IX cap. 8, 8 Theophrasti h. pl. codd. U* M* de colligendo helleboro haec scribunt, quae Plinius h. n. XXV, 50 exhibet.

Theophr. h. pl. IX, 8, 8

περιγράφειν δὲ καὶ τὸν ἐλλέβορον τὸν μέλανα καὶ τέμνειν ἱστάμενον πρὸς ἕω καὶ κατευχόμενον· ἀετὸν δὲ φυλάττεσθαι καὶ ἐκ δεξιᾶς καὶ ἐξ ἀριστερᾶς· κίνδυνον γὰρ εἶναι τοῖς τέμνουσιν, ἐάνπερ ἐγγὺς ἐπιγένηται ὁ ἀετός, ἀποθνήσκειν ἐνιαυτῷ.

Plin. h. n. XXV, 50

hoc et religiosius colligitur: primum enim gladiis circumscribitur, dein qui succisurus est ortum spectat et precatur, ut id liceat sibi concedentibus diis facere observatque aquilae volatus.

καὶ τέμνειν omittunt reliqui codices [1]), apparet Plinium idem legisse atque U* M*. Quae secuntur codices omnes corrupta exhibent: omnes κίνδυνον γὰρ εἶναι τοῖς τέμνουσιν tum: ἐὰν δὲ ὁ ἐγγὺς μὴ ἀποτέμνῃ ὁ ἀετὸς ἀποθνήσκει ἐνιαυτῷ UM, ἐὰν δὲ ἐγγὺς μὴ διατέμῃ —— ἐνιαυτῷ U* M*, ἐὰν δὲ ὁ ἰγγὺς μὴ διατέμνῃ —— ἀποθνήσκει ἐνιαυτῷ $P_2$, ἐὰν δὲ ἐγγὺς μὴ διατέμνειν —— ἀποθνήσκειν γὰρ ἐνιαυτῷ P. Diversas coniecturas viri docti periclitati sunt: verba κίνδυνον γὰρ εἶναι transponi iubet optime Ed. Schwartz, qui me ita scribere docuit: ἐὰν δὲ ἐγγὺς ᾖ μὴ τέμνειν· κίνδυνον γὰρ εἶναι ἀποθνήσκειν ἐνιαυτῷ. Per coniecturam igitur ex sententia, quae praecedit, in codicibus UMP vera lectio erasa est, quoniam verba καὶ τέμνειν praecepto postea addito μὴ τέμνειν adversa esse viderentur.

Cap. IX, 1 U* M* de mandragora planta scribunt, quam descriptionem Plin. h. n. XXVI, 104 et 121 exhibet:

Theophr. h. pl. IX, 9, 1

τοῦ γὰρ μανδραγόρου τὸ φύλλον χρήσιμον εἶναί φασι πρὸς τὰ ἕλκη μετ᾽ ἀλφίτου, τὴν δὲ ῥίζαν πρὸς ἐρυσίπελας ξυνθεῖσάν τε καὶ ὄξει δευθεῖσαν καὶ πρὸς τὰ ποδαγρικὰ καὶ πρὸς ὕπνον καὶ πρὸς φίλτρα· διδόασι

Plin. h. n. XXVI, 104

laudantur et mandragorae folia cum polenta tunsa.

XXVI, 121

igni sacro medetur . . . . mandragorae radix; secatur

[1]) si reliqui codd. pro καὶ κατευχόμενον exhibent καὶ προςκατευχόμενον, error scribae cuiusdam inest, cum libris manuscriptis καί et πρός simillima sigla exprimi Ed. Schwartz me docuerit ita ut καί et πρός saepe confundantur.

| | |
|---|---|
| δ'ἐν οἴνῳ ἢ ὄξει· τέμνουσι δὲ τροχίσκους ὥσπερ ῥαφανίδος καὶ ἐνείραντες ὑπὲρ γλεύκους ἐκρέμασαν ἐπι καπνῷ. | in asses ut cucumis, primumque super mustum suspenditur, mox in fumo, dein teritur e vino aut aceto. |

τοῦ γὰρ μανδραγόρου unus U* exhibet, reliqui codices omittunt. Schneiderus in editione non nisi coniectura ex plantarum enumeratione quae praecedit, sensum restituere potuit et secundum ceteros codd. scripsit ἑτέρων δὲ καθάπερ καὶ τοῦ μανδραγόρου, τὸ μὲν φύλλον χρήσιμον εἶναι. Adnotandum et M* idem exhibere atque U*, quod enim scribit τοῦ φύλλον apparet scribae errore μανδραγόρου excidisse. In altera codicum discrepantia oritur difficultas haud parva: ὑπὲρ γλεύκους ἐκρέμασαν ἐπὶ καπνῷ habent U* M*, U legit: ἐμπείραντες δὲ ὑπὲρ γλεύκους ἐκρέμασαν ὑπὲρ καπνοῦ, M mediis omissis habet ἐμπείραντες ὑπὲρ καπνοῦ. Hoc imprimis premendum Plinium idem legisse in suo exemplari atque U* M*. Tamen obscurum manet, quid omnino Theophrastea verba significent: ἐνείραντες ὑπὲρ γλεύκους ἐκρέμασιν ἐπὶ καπνῷ et Plinii ‚super mustum suspenditur, mox in fumo'. Wellmannus nuper haec ita explicat [1]): ‚Die Wurzel empfiehlt er in runde Scheiben zu schneiden und an einem Faden (sic!) aufgereiht im Rauchfang aufzubewahren'. Sed ubi nostris Theophrasteis verbis filus exprimitur? Codices qui pro ἐνείραντες posuerunt ἐμπείραντες coniectura iam mendum sanare studuerunt, idem de omisso ὑπὲρ γλεύκους codicis M dicendum est, cum difficilis res ipsa explicetur ὑπὲρ γλεύκους tum ἐπὶ vel ὑπὲρ καπνοῦ iuxta positis. Antiquam corruptelam verbis ῾ΥΠΕΡΓΛΕΥΚΟΥϹ inesse suspicatur suo iure Ed. Schwartz, qui ita verba emendare iubet, ut pro ΥΠΕΡ ΓΛΕΥΚΟΥϹ scribere proposuerit, satis probabile ΕΙϹΟΒΕΛΙϹΚΟΥϹ = εἰς ὀβελίσκους. Corruptela vero iam in exemplari Theophrasteo erat, quod Plinius ad manus habebat.

De generibus hellebori scribit Theophrastus c. X, 1, Plinius h. n. XXV, 48:

---

[1]) cf. Wellmann ‚das älteste Kräuterbuch der Griechen' in libro qui inscribitur: Festgabe für F. Susemihl p. 13.

| h. pl. IX, 10, 1 | h. n. XXV, 48 |
|---|---|
| ὁ δὲ ἐλλέβορος ὅ τε μέλας καὶ ὁ λευκὸς ὥσπερ ὁμώνυμοι φαίνονται * * * καὶ τῇ ὄψει παραπλήσιοι εἶναι πλὴν τῆς ῥίζης˙ αὕτη δὲ τοῦ μὲν λευκή τοῦ δὲ μέλαινα˙ τὴν δὲ μορφὴν αὐτῶν τοίαν˙ καυλὸν μὲν ἀνθερικώδη. | prima duo sunt, candidum ac nigrum, hoc radicibus tantum intellegi tradunt plerique. |

Sic exhibent U* M*, ceteri codd. inserunt post φαίνονται interpunctione post hoc verbum posita: περὶ δὲ τῆς ὄψεως διαφωνοῦσιν˙ οἱ μὲν γὰρ ὁμοίους εἶναί πλὴν τῷ χρώματι μόνον διαφέρειν, τὴν ῥίζαν τοῦ μὲν λευκὴν τοῦ δὲ μέλαιναν˙ οἱ δὲ τοῦ μὲν μέλανος τὸ φύλλον δαφνῶδες, τοῦ δὲ λευκοῦ πρασῶδες τὰς δὲ ῥίζας ὁμοίας πλὴν τῶν χρωμάτων˙ οἱ δ᾿οὖν ὁμοίους λέγοντες τοιάνδε φασὶν εἶναι τὴν μορφήν . . . . . Plinius, ut equidem e ‚plerique' pronomine contendere velim apud Theophrastum hoc unum legerat, quod U* M* exhibent. Discrepantia in Theophrasteis codicibus ab adiectivo ὁμώνυμος orta esse videtur: est terminus Aristotelicus (cf. eth. Nicom. τὸ ἀπὸ τύχης ὁμώνυμα et ‚notes on the Nicomachian ethics by Stewart I p. 86—88, alio loco Aristotelico dicitur: ὁμώνυμα λέγεται ὧν ὄνομα μόνον κοινόν, ὁ δὲ κατὰ τοὔνομα λόγος ἕτερος ac mere sunt ὁμώνυμα quae praeter nomen nihil habent commune.), sollemnis tum in Peripato. De plantis saepissime hoc adiectivum usurpatur sensu supra exposito cf. h. pl. IX, 16, 3: ἕτερον δίκταμνον, ὥσπερ ὁμώνυμον οὔτε τὴν ὄψιν οὔτε τὴν δύναμιν ἔχον τὴν αὐτήν. Diligenter igitur qui verba Theophrasti nostro loco, philosophice ut ita dicam, inspexerat, facile haerere poterat quod ὥσπερ ὁμώνυμοι καὶ παραπλήσιοι secundum doctrinam peripateticam omni sensu carere videbantur, si quidem sine ulla adnotatione ὁμώνυμοι et παραπλήσιοι iuxta posita erant. Qua de causa post ὁμώνυμοι in reliquis codicibus inserta est sententia supra allata, quam corrector ex alio fortasse libro phytologico, fortasse de suo addidit. Sed corrector non respexerat ipsum adiectivum παραπλήσιοι restringi addito πλὴν τῆς ῥίζης: radix enim colore maxime discrepat, alterius alba alterius nigra.

Ex hac codicum U* M* recensione Plinius suam descriptionem sumpsisse videtur, sed praeterea alteram quoque descriptionem affert: ‚alii folia nigri platano similia, sed minora nigrioraque et pluribus divisuris scissa, albi betae incipientis, haec quoque nigriora et canalium dorso rubescentia, utraque caule palmi ferulacco, bulborum tunicis convoluto, radice fimbriata ceparum modo‘. Cohaerere videtur haec cum Dioscoridis [1]) qui de nigro IV, 149 folia ait esse χλωρά, πλατάνῳ προςεμφερῆ, ἐλάττονα δὲ καὶ πολυσχιδέστερα —— καυλὸς δὲ βραχύς, de albo IV, 148 φύλλα ὅμοια τοῖς τοῦ ἀρνογλώσσου ἢ σεύτλου ἀγρίου, βραχύτερα δὲ καὶ μελάντερα καὶ τῇ ῥάχει ἐρυθρὰ τὴν χρόαν, καυλὸν δὲ παλαιστιαῖον, κοῖλον, περιφλοϊζόμενον, ὅταν ἄρξηται ξηραίνεσθαι [2]).

Plinius deinde regionem nominat, in qua plurimum nasci dicitur, secutus Theophr. h. pl. IX, 10, 2:

| h. pl. IX, 10, 2 | h. n. XXV, 49 |
|---|---|
| ἀλλὰ πρὸς τὴν πυλαίαν οἱ ἐκ τῆς Οἴτης συλλέγουσι· πλεῖστος γὰρ ἐνταῦθα φύεται καὶ ἄριστος· μοναχοῦ δὲ φύεται τῆς Οἴτης περὶ τὴν Πυράν. | Plurimum autem nascitur in Oete monte et optimum, uno eius loco circa Pyram. |

Ita scribunt U* M*, ceteri codd. post ἄριστος inserunt γίνεται, Plinius recensionem codd. U* M* sequitur capite XI eiusdem libri U* deficiente nunc codice M*, complures plantas describit, chironium et asclepium, quam totam descriptionem recensio UM omittit, P exhibet, quem codicem supra vidimus (cf. Kirchner l. l.) in hac parte libri noni ex apographo codicis U* descriptum esse. Itaque totam expositionem in una recensione codicis U* habemus.

De chironio praeter Plinii h. n. XXV, 32 exstat et altera adnotatio scholiastae ad Nic. Ther. v. 500:

---

[1]) Dioscorides ed. C. Sprengel, Lips 1829 vol. XXV med. graec. op. ed. D. C. G. Kühn.

[2]) falso interpretes secundum Dioscoridis verba Theophrasti, qualia codd. UMP exhibent, emendare student cf. Schneider adn. p. 757 sqq.

| Theophr. h. pl. IX, 11, 1 | schol Nic. Ther. 500 | Plin. h. n. XXV, 32 |
|---|---|---|
| ἔχει δὲ τὸ μὲν χειρώνειον φύλλον μὲν ὅμοιον λαπάθῳ μεῖζον δὲ καὶ δασύτερον, ἄνθος δὲ χρυσοειδές, ῥίζαν δὲ μικρὰν· φιλεῖ δὲ μάλιστα τὰ χωρία τὰ πίονα. | λέγει Θεόφραστος οὕτως· τὸ δὲ χειρώνειον ὅμοιον ἀμαράκῳ, μεῖζον δὲ καὶ δασύτερον, ἄνθος δὲ χρυσοειδές, ῥίζαν μακράν, φιλεῖ δὲ μάλιστα χωρία ταπεινά. | chironium . . . . folium eius simile lapatho, maius tamen et hirsutius, flos aureus, radix parva, nascitur pinguibus locis. |

Parvulos scribarum errores in scholiastae et Theophrasti verbis primo obtutu intelleges: U* pro μικράν cum scholiasta μακράν exhibet errore sane, id quod e Plinii ‚radix parva‘ colligitur. Quod scribit scholiasta ταπεινά, corruptum videtur e τὰ πίονα, quam lectionem Theophrasti codices et Plinius tuentur. Hoc imprimis premere velim utrumque et scholiastam et Plinium sententiam hanc in Theophrasto legisse, quam nunc una codicis U* recensio exhibet, alii codices vero omittunt. Difficilius iudicatur de altera quadam discrepantia lectionis scholiastae, qui pro λαπάθῳ scribit ἀμαράκῳ. Theophrasti lectio erat λαπάθῳ, quam et codices et Plinius tueri videntur. Cum scholiastae verbis confero Nicandrum ipsum, qui de chironio verba facit v. 503, sqq.

> τῆς μὲν ἀμαροκόεσσα χυτὴ περιδέδρομε χαίτη,
> ἄνθεα δὲ χρύσεια φαείνεται· ἡ δ' ὑπὲρ αἴης
> ῥίζα καὶ ού βυθόωσα . . . .

Quibuscum iam Jo. G. Schneider [1]) Dioscoridis III, 50 contulit: φύλλα ἀμαράκῳ ἐμφερῆ, ἄνθη χρυσοειδῆ, ῥίζαν λεπτὴν καὶ οὐ βαθεῖαν, γευομένῳ δὲ δριμεῖαν. Recte adnotavisse videtur: ‚quae verba sumta e Nicandro vel e communi fonte esse nemo dubitaverit‘. Wellmann l. l. p. 19, sqq. nisus his Schneideri verbis et aliis pluribus exemplis demonstrat eodem auctore atque Dioscoridem usum esse Nicandrum. Ex Nicandri verbis scholiasta Theophrasto pro λαπάθῳ inseruit ἀμαράκῳ, correxit igitur scholiasta Theophrastum, sane ex ipso Nicandro, non adhibito illo phytologico auctore, quo usus est ipse Nicander et postea Dioscorides. Res vero non parvi pretii

[1]) cf. ad. Nic. Ther.. Lips. 1816, p. 247.

est, quod hic clare videmus, quo modo antiqui ipsa Theophrastea verba correxerint.

Porro extat in una codicis U* recensione expositio, quam Plinius h. n. XXV, 99 exhibet:

| h. pl. IX, 11,1 | h. n. XXV, 99 |
|---|---|
| χρῶνται πρός τε τοὺς ἔχεις καὶ τὰ φαλάγγια καὶ τοὺς σῆπας καὶ τὰ ἄλλα ἑρπετὰ διδόντες ἐν οἴνῳ καὶ ἀλείφοντες μετ᾽ἐλαίου. | verum et effectus ususque dicendi sunt ordiendumque e malorum omnium pessimo est serpentium ictu. medentur ergo . . . . chironii et flos et semen potum inlitumve ex vino et oleo. |

§ 2 eiusdem capitis codice U* alterum genus panaces, asclepium, describitur, quod iterum ceteri codd. omittunt:

| | Plin. h. n. XXV, 30 |
|---|---|
| τὸ δ᾽ἀσκληπίειον τὴν ῥίζαν μῆκος μὲν ὡς σπιθαμὴν λευκὴν δὲ καὶ παχεῖαν σφόδρα, καὶ φλοιὸν παχὺν καὶ ἁλυκώδη. | asclepion . . . . radice multi corticis et salsi. |

Pliniana verba, quae nullum sensum praebere videntur, e lectione codicis U* intellegi possunt (multi corticis et salsi = φλοιὸν παχὺν καὶ ἁλυκώδη). Omnino non intellegi potest Theophrasti adiectivum ἁλυκώδης = Plinii ‚salsus' de cortice. Est sane antiquissima corruptela. Emendationem traxerim e Dioscoridis descriptione asclepii, quae quamquam (III, 49) maxime discrepat, a Theophrastea folia et flores εὐώδη esse dicit, quare asserere velim Theophrasti ΑΛΥΚΩΔΗ ex ΚΑΙΕΥΩΔΗ corruptum esse. Rursus autem magnam partem Theophrasteae narrationis unus codex U* exhibet, alii UM omittunt.

§ 9 eiusdem capituli describitur tithymallus quidam:

| h. pl. IX, 11,9 | h. n. XXVI, 67. |
|---|---|
| μυρτίτης τιθύμαλλος. . . . . πλύναντες ἐν ὕδατι καὶ πάλιν ξηράναντες διδόασι πιεῖν. | . . . . lavaturque deinde siccatur et datur. |

ἐν ὕδατι καὶ πάλιν U* P exhibent, UM omittunt, Plinius legerat (καὶ πάλιν = deinde), si hoc in suo exemplari non

habuisset, fortasse similiter atque Theodorus Gaza latine transtulisset: ‚demetitur cum ordeum surgescit et exsiccatus purgatusque datur‘. Ceterum mancam esse sermonem Theophrasti iam Schneiderus (adn. ad Theophr. vol III p. 773 sq.) suspicatur; post ἀποκαθαίροντες et post κάτω ipsa Theophrastea verba lacunae indicium praebent. De fructu enim si Theophrastus dicere voluit: ἀμῶσι δὲ ὅταν . . . . . κριθαί, καὶ ξηραίνοντες καὶ ἀποκαθαίροντες, quid opus erat tum addere αὐτὸν τὸν καρπόν, de quo tum loquitur? satis erat καρπόν, quoniam αὐτὸν τὸν καρπόν ‚solum fructum‘ significet aut fructum a foliis et ramis distinguat. Idem fit postea post καθαίρει δὲ φλέγμα κάτω. Cur sequitur ἐὰν δὲ τὸ κάρυον αὐτὸ διδῶσι? et hic oportet αὐτὸ τὸ κάρυον opponi alicui ali plantae parti. Emendandi viam e Plinii verbis h. n. XXVI, 66 sq. sumamus, cuius verba adnotare velim: ‚colliguntur comae eius hordeo turgescente siccataeque in umbra diebus VIIII in sole inarescunt. fructus non pariter maturescit, sed pars anno sequente, et nux vocatur. inde cognomen Graeci dedere. demetitur cum messium maturitate lavaturque, deinde siccatur et datur cum papaveris nigri II partibus ita, ut sit totum acetabuli modus. minus hic vomitorius quam superior, ceteri item. aliqui sic et folium eius dedere ‚nucem vero ipsam in mulso aut passo vel sesima. trahit pituitam et bilem per alvum . . . .‘ Ac primum de comis colligendis Theophrastus verba non fecit, deinde omittit effectum folii. Sensum restituere possumus ex Plinii verbis: ἀμῶσι δὲ ⟨τοῦτο⟩ ὅταν ἁδρύνωνται αἱ κριθαί, ⟨τὴν δὲ κόμην συλλέγουσι ὅταν αὐξάνωνται αἱ κριθαὶ[1])⟩ ἐν σκιᾷ ξηραίνοντες καὶ ἀποκαθάιροντες. σκιᾷ sumpsi ex altero καὶ libris manuscriptis addito, superfluo sane, KAI ex CKIAI errore mutatum esse suspicer. Comis recte tum opponi potest αὐτὸς ὁ καρπός. Alterius loci lacunam ipsa Theophrasti verba quae secuntur significant § 9: ταῦτα μὲν οὖν τοῖς τε φύλλοις καὶ τοῖς ὀποῖς καὶ τοῖς καρποῖς χρήσιμα, quod et ad hanc plantam pertinet. Codices vero nihil nisi de nuce loquuntur. Lacuna

---

[1]) haec verba sumpta sunt e Plinii ‚comae hordeo turgescente colliguntur‘. Sane lacuna nondum sublata est, cum et Plinii verba de comis ‚in sole diebus VIIII inarescunt‘ omittantur.

sananda est e Plinii verbis: καθαίρει δὲ φλέγμα κάτω ⟨ἧττον, φασὶ δὲ καὶ τὰ φύλλα⟩ ἐὰν δὲ τὸ κάρυον αὐτὸ διδῶσι . . . . . Sane dixerat Theophrastus myrtiten tethymallum minus vomitorium esse supra illo descripto. Cur eiecta sit a correctore quodam haec sententia fortasse colliges ex initio descriptionis § 8—9, ubi falso coniunxerat: καθαίρει δὲ κάτω μᾶλλον ὁ μυρτίτης καλούμενος ˌτιθύμαλλος, quae sane ea interpunctione posita sententiae eiectae repugnabant.

Accedat exemplum alterum, in quo Plinium recensionem codicis U* sequi videmus, eo gravius, quod uterque eandem lectionis corruptelam exhibet:

| h. pl. IX, 13, 2 | h. n. XXV, 82 |
|---|---|
| γλυκεῖα δὲ καὶ ἡ σκυθική . . . . γίνεται δὲ περὶ τὴν Μαιῶτιν· χρησίμη δὲ πρός τε τὰ σπάσματα καὶ πρὸς βῆχα ξηρὰν καὶ ὅλως τοὺς περὶ τὸν θώρακα πόνους. | quae Scythice vocatur circa Maeotim nascens praedulcem alias utilissimamque ad ea quae spasmata vocant. |

σπάσματα unus U* praebet contra ceterorum ἄσθματα: spasmata habent omnes codices Pliniani cum parvulis scribarum erroribus (sparmata T. -tam VRd spartama E. -taniam v,) asthmata coniectura primum Salmasius secutus Theophrasti cett. codd. restituit. Apparet Plinium ipsum legisse in suo exemplari ‚spasmata', antiquam igitur corruptelam cum recensione codicis U* communem habere.

h. n. XXVII, 143 Plinius secutus Theophr. h. pl. IX, 14, 1 verba facit de ‚virium aetatibus', quamdiu herbarum vis effectusque intacta atque pura maneat:

| Theophr. h. pl. IX, 14, 11 | h. n. XXVII, 143 |
|---|---|
| ὁ μὲν γὰρ ἐλλέβορος καὶ τριάκοντα ἔτη χρήσιμος, ἡ δὲ ἀριστολοχία πέντε ἢ ἕξ, χαμαιλέων δὲ ὁ μέλας τετταράκοντα, κενταυρὶς δὲ δέκα ἢ δώδεκα . . . . πευκέδανον δὲ πέντε ἢ ἕξ, | longissimo tempore durat elaterium, ut diximus, chamaeleon niger XL annis, centaurium non ultra XII, peucedanum et aristolochia VI[1]), vitis silvestris anno, in umbra si servetur. |

[1]) libri habent ‚aristolochia ac vitis' corruptum sane ex, aristolochia [ac] ⟨νι⟩ vitis.

ἀμπέλου δὲ ἀγρίας ἐνιαυτόν, ἐὰν ἐν σκιᾷ ᾖ καὶ ἄπληκτος * * * *, πάντων δὲ ὅλως τῶν φαρμάκων πλεῖστον διαμένει χρόνον τὸ ἐλατήριον.

Ceteri codd. post ἄπληκτος inserunt sententiam valde otiosam, quam editores omnes receperunt: εἰ δὲ μὴ, σαπρὰ καὶ σομφώδης, quam nec Plinius secutus recensionem codicis U* recepit. Nonne verba εἰ δέ μή, σαπρά καί σομφώδης scholiastam vel potius glossema redolent? praecipue cum iam altera condicio posita sit ἐὰν ἐν σκιᾷ ᾖ καὶ ἄπληκτος.

In nomine plantae cuiusdam differunt codices Theophrasti h. pl. IX, 16, 1. U* semper δίκταμνον vocat, uno solo loco errore scribae exhibet δίκταννον; ceteri codd. cum semper δίκταμον nominent, Plinius omnibus codicibus secutus U* dictamnus vel dictamnum vocat.

Priusquam ad Theophrasti cap. 16 difficillimum transeamus, in locos quosdam cap. 14 et 15 erit inquirendum: capituli 14 § 4 deest in U*, item cap. 15 § 1 inde a σχεδὸν αὗται usque ad § 3 δηλοῦν τὸ κοινόν et porro cap. 15 § 8 sententia: τὸ δὲ κώνειον ἄριστον περὶ Σοῦσα καὶ ἐν ψυχροτάτοις τόποις. Quaeritur utrum mendo quodam desint in recensione codicis U* an omnino numquam in hac recensione fuerint, sed in recensione sola codicum UMP additae.

Cap. 14 § 4 affert sententiam, quae in universum agit de herbis, quam Plin. h. n. XXVII, 144 recepit: ‚ne illud quidem dubitatur, omnium radicum vim effectusque minui, si fructus priusematurescant, item seminum ante radice propter sucum incisa'. Legerat igitur hanc sententiam in Theophrasteo suo exemplari. Tamen de sensu additae sententiae dubitaverim: ὅτι ὁ καρπὸς ὅμοιος σησάμῳ, quam Plinius non recepit. Quid? quod dicitur ὅτι ὁ καρπὸς ὅμοιος σησάμῳ, quae verba non confirmare videntur quae praecedit sententiam, quod formula ὅτι nihil explicari videtur nisi, cur nominetur helleborus σησαμώδης. Sine ulla causa tota sententia repetitur ex h. pl. IX, 9, 2: ὁ δὲ ἐλλέβορος ἐπὶ ταὐτὰ

τῇ τε ῥίζῃ καὶ τῷ καρπῷ χρήσιμος, εἴπερ οἱ ἐν Ἀνπκύρᾳ καθάπερ φασὶ τῷ καρπῷ καθαίρουσι· ἔχει δὲ σησαμώδη τοῦτον. Itaque sententiam puto postea additam esse in recensione reliquorum codicum; si inde ab initio in Theophrasti verbis fuisset, e consuetudine et usu suo ad firmandam generalem sententiam addidisset ὥσπερ εἴρηται vel ὥσπερ εἴπομεν. Sed ipsa Theophrastea verba scholiastam indicant: φαίνεται δὲ οὐ καθ' ὅλου τοῦτο ἀληθές· ἐπεὶ καὶ οἱ ἐν Ἀντικύρᾳ τοῦ σησαμώδους ἐλλεβόρου διδόασιν [ὅτι ὁ καρθὸς ὅμοιος σησάμῳ]. Fieri non potest, quin tota haec sententia postea addita sit ab interprete, qui de sententia, quae praecedebat, dubitaret. Ex ipsis Theophrasteis verbis Theophrastum refutare studet: duplex habemus glossema φαίνεται δὲ οὐ καθ'ὅλου τοῦτο ἀληθές, ad σησαμώδους alter tum addidit ὅτι ὁ καρπὸς ὅμοιος σησάμῳ. Nunc quidem facile intelleges, cur ex recensione codicis U* eiecta sit tota sententia et verba quae praecedunt: in margine archetypi adnotatum erat: φαίνεται δὲ οὐ καθ' ὅλου ἀληθές.

Aliter rem diiudicabimus in capite 15. In U* magna quaedam pars deest. Primum et Plinium hanc quamquam minutam exhibere adnota h. n. XXV, 11 ‚unde arbitror natum, ut Aeschylus e vetustissimis in poetica refertam Italiam herbarum potentia proderet' est versus Aeschyleus, qui in Theophrasti verbis occurrit: Τυρρηνὸν γενεὰν, φαρμακοποιὸν ἔθνος. Idem exhibet ultimam partem sententiae, quae in U* deest, h. n. XXV, 83: ‚ischaemonem Thracia invenit, qua ferunt sanguinem sisti non aperta modo vena, sed etiam praecisa (serpit in terra, milio similis, foliis asperis et lanuginosis)', Media pars, qua de Aethiopia, Scythia, India agitur, qui φαρμακώδεις τόποι vocantur, etiam in Plinio deest. Verisimile est in U* quondam hanc enarrationem fuisse, primum quod, si φαρμακωδέστατοι τόποι enumerabantur, non omittenda erat India, quae plerisque libris qui praecedunt, diligentissime pertractatur. Praeterea sententia de Italia, Τυρρηνία, ad initium capituli pertinet: num tibi opus videtur scriptorem supra dicta iterum colligere verbis: τῶν μὲν οὖν ἔξω τόπων φαρμακωδέστατοι οὗτοι, si tota series harum regionum nullas alias complecteretur nisi Aegyptum et Tyrrheniam, quae

initio capitis nominantur? Ex his omnibus colligere velim et in U* quondam fuisse sententiam, quae nunc deest. [1])

Cap. 15, § 8 dicit Theophrastus (secundum recensionem codicum UMP (?): τὸ δὲ κώνειον ἄριστον περὶ Σοῦσα καὶ ἐν τοῖς ψυχροτάτοις τόποις, quae sententia deest in U*. Exstat apud Plinium h. n. XXV, 154 similis sententia: ‚vis maxima Susis Parthorum natae, mox Laconicae, Creticae, Asiaticae, in Graecia vero Megaricae, deinde Atticae.' Luculentissimum hic exemplum antiquissimae corruptelae habemus: omnes enim Theophrasti codd. praebent περὶ Σοῦσα καὶ ἐν τοῖς ψυχροτάτοις τόποις, itemque cap. 16, § 8 huius libri dicitur de Trasya Mantinensi rhizotomo: ἐλάμβανε δὲ τὸ κώνειον οὐχ ὅθεν ἐτύγχανεν ἀλλ' ἐκ Σούσων καὶ εἴ τις ἄλλος τόπος ψυχρὸς καὶ παλίσκιος. Idem iam Plinius legerat: vis maxima natae S u s i s  P a r t h o r u m . . . . . Corruptam esse lectionem recte iam Schneiderus adn. ad. Theophr. h. pl. p. 802 animadvertit, correxit Σούσων in Λούσων, Arcadiae oppidum Proetidum furore et Melampodis cura celebratum, quod unum ad sensum quadrat, quoniam Susis calores maximi sint, tum ipse Marsyas est pharmacopola Arcas, quare ex Arcadiae oppido necesse est eum ad medicamentum mortiferum cicutam petivisse. Corruptela vero uno solo loco Theophrasti orta est, nec dubium est, quin errore in verbis de Mantinensi rhizotomo mutatum sit Λούσων in Σούσων. Itaque nostro loco postea a correctore addita est sententia τὸ δὲ κώνειον ἄριστον περὶ Σοῦσα, quare nondum extat in optima codicis U* recensione. Plinius verba de cicuta sumpsit e cap. 16, 8, auxit sententiam ex eodem, quo Dioscorides usus est libro (cf. IV, 79 ἐνεργέστατον δέ ἐστι τὸ κρητικὸν καὶ μεγαρικὸν καὶ τὸ ἀττικὸν καὶ τὸ ἐν τῇ Χίῳ καὶ Κιλικίᾳ γεννώμενον = Plinii ‚mox Laconicae, Creticae, Asiaticae, in Graecia vero Megaricae, deinde Atticae.)

Inde a § 4 capitis 16 melius fortasse iudicabimus, si

---

[1]) lacunam verbis codicis U* sic conformatis inesse iam Schneiderus in auctario lectionum variarum vol. V p. 77 dicit ad τῶν μὲν οὖν ἔξω τόπων οὗτοι φαρμακωδέστατοι: ‚quae cum praecedenti oratione et forma orationis non bene coeunt, adeoque ex alio et diverso libro descripta esse videntur.

iuxta ponantur omnia, quae et recensio codicis U* et reliquorum codicum exhibet: multa enim in reliquis codicibus desunt quae in U* exstant et contra, quae in illis exstant, in U* desunt. Adhuc editores textum sic conformaverunt, ut utraque reciperent:

| U* | cett. codd. |
| --- | --- |
| τὸ δ᾽ἀκόνιτον γίνεται μὲν καὶ ἐν Κρήτῃ καὶ ἐν Ζακύνθῳ πλεῖστον δὲ καὶ ἄριστον ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ ἐν Πόντῳ. | τὸ δ᾽ἀκόνιτον γίνεται μὲν καὶ § 4 ἐν Κρήτῃ καὶ ἐν Ζακύνθῳ πλεῖστον δὲ καὶ ἄριστον ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ ἐν Πόντῳ. |
| om. U* | ἔχει δὲ φύλλον μὲν κιχοριῶδες, ῥίζαν δὲ ὁμοίαν τῷ σχήματι καὶ τῷ χρώματι καρίδι, τὴν δὲ δύναμιν τὴν θανατηφόρον ἐν ταύτῃ· τὸ δὲ φύλλον καὶ τὸν καρπὸν οὐθέν φασι ποιεῖν. |
| καρπός δέ ἐστι πόας, οὐχ ὑλήματος· βραχεῖα δὲ ἡ πόα καὶ οὐδὲν ἔχουσα περιττόν, ἀλλὰ παρο μοία τῷ σίτῳ, τὸ δὲ σπέρμα οὐ σταχυηρόν. φύεται δὲ πανταχοῦ καὶ οὐκ ἐν ταῖς Ἀκόναις μόνον ἀφ᾽ ὧν ἔχει τὴν προσηγορίαν. αὔτη δέ ἐστι κώμη τις τῶν Μαριανδυνῶν· φιλεῖ δὲ μάλιστα τοὺς πετρώδεις τόπους· οὐ νέμεται δὲ οὔτε πρόβατον οὔτε ἄλλο ζῶον οὐδέν. | omittunt. |
| om. | συντίθεσθαι δὲ τρόπον τινὰ § 5 πρὸς τὸ ἐνεργάζεσθαι καὶ οὐ παντὸς εἶναι· δι᾽ ὃ καὶ τοὺς ἰατροὺς οὐκ ἐπισταμένους συντιθέναι σηπτικῷ τε χρῆσθαι καὶ πρὸς ἄλλα ἄττα· πινόμενον δ᾽οὐδεμίαν αἴσθησιν ποιεῖν οὔτ᾽ ἐν οἴνῳ οὔτ᾽ |

om.

βοήθειαι δὲ τοῖς ἐνεγκαμένοις εἰσί· πολλάκις γάρ φασι τὰ ἀνδράποδα παροργισθέντα χρῆσθαι κἄπειτα ἰατρεύειν αὐτὰ, καὶ γὰρ οὐδὲ ταχεῖαν ποιεῖσθαι τὴν ἀπαλλαγὴν οὐδὲ ἐλαφρὰν ἀλλὰ δυσχερῆ καὶ χρόνιον· εἰ μὴ ἄρα διὰ τὸ [ἀ]-θεράπευτον εἶναι καὶ [ἀ]-κατασκεύαστον ὡς δεῖ[2]). φασὶ γοῦν καὶ παραχρῆμα ἀπαλλάττεσθαι καὶ ὕστερον χρόνῳ τοὺς δὲ καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ἄγειν καὶ [τὰς] δόσεις ἀβοηθήτους εἶναι.

ἐν μελικράτῳ· συντίθεσθαι δὲ ὥστε κατὰ χρόνους τακτοὺς ἀναιρεῖν, οἷον δίμηνον τρίμηνον ἑξάμηνον ἐνιαυτόν, τοὺς δὲ καὶ δύο ἔτη· χείριστα δὲ ἀπαλλάττειν τοὺς ἐν πλείστῳ χρόνῳ καταφθίνοντος τοῦ σώματος. ῥᾷστα δὲ τοὺς παραχρῆμα. λυτικὸν δὲ φάρμακον οὐχ εὑρῆσθαι καθάπερ ἀκούομεν ἕτερόν τι φυόμενον. ἀλλὰ τοὺς ἐγχωρίους ἀνασώζειν τινὰς μέλιτι καὶ οἴνῳ καὶ τοιούτοις τισί, σπανίως δὲ καὶ τούτους καὶ ἐργωδῶς. ἀλλὰ τοῦ ἐφημέρου § 6 τὸ φάρμακον εὑρῆσθαι. [ἕτερον γάρ τι ῥίζιον εἶναι ὃ ἐφήμερον ἀπαλλάττει· τοῦτο δὲ φύλλον ὅμοιον ἔχειν τῷ ἐλλεβόρῳ ἢ τῷ αἰρίῳ[1])] καὶ τοῦτο πάντας εἰδέναι. δι᾽ ὃ καὶ τὰ ἀνδράποδά φασι πολλάκις παροργισθέντα χρῆσθαι. κἄπειτα ἰατρεύειν αὐτὰ πρὸς τοῦτο ὁρμῶντα καὶ γὰρ οὐδὲ ταχεῖαν ποιεῖσθαι τὴν ἀπαλλαγὴν οὐδὲ ἐλαφρὰν ἀλλὰ δυσχερῆ καὶ χρόνιον εἰ μὴ ἄρα διὰ τὸ εὐθεράπευτον εἶναι καὶ ἀκατασκεύαστον ὡς δεῖ. φασὶ γοῦν καὶ παραχρῆμα ἀπαλλάττεσθαι καὶ ὕστερον χρόνῳ τοὺς δὲ καὶ

---

1) pro ΑΙΡΙΩΙ scribendum est ΛΕΙΡΙΩΙ cf. infra p. 28.

2) scribendum videtur: εἰ μὴ ἄρα εὐθεράπευτον διὰ τὸ εἶναι καὶ κατασκευαστὸν ὡς δεῖ.

reliqua om. U*

εἰς ἐνιαυτὸν ἄγειν, καὶ τὰς δόσεις εὐβοηθήτους εἶναι . . . τὸ δὲ ἀκόνιτον ἄχρηστον § 7 ὥσπερ εἴρηται τοῖς μὴ ἐπισταμένοις· οὐδὲ κεκτῆσθαι δὲ ἐξεῖναι ἀλλὰ θάνατον τὴν ζημίαν· τὴν δὲ τῶν χρόνων διαφορὰν ἀκολουθεῖν κατὰ τὰς συλλογάς· ἰσοχρόνους γὰρ τοὺς θανάτους γίνεσθαι τοῖς ἀπὸ τῆς συλλογῆς χρόνοις.

Schneiderus, quem omnibus fere rebus diligenter exscripsit Wimmerus, omnium codicum lectiones in unum coniunxit nec respexit, num rectus sensus eveniret. Sane peior, quam dicimus recensionem, multo amplior est. Exhibet descriptionem folii et radicis aconiti, cum U* fructum et plantam ipsam describat, quod altera recensione omittitur. In reliquis codicibus tum fusius exponitur, quomodo aconitum parandum sit, qualis eius effectus. Tum subito sine ulla causa planta quaedam nomine ephemerum describitur. Quae tum duae secuntur sententiae tantas ad explicandum praebent difficultates, ut adhuc nemo intellexerit. Concedere velim et lectionem codicis U* difficultates exhibere, tamen nexus sententiarum ipse turbatus non videtur. § 6 βοήθειαι δὲ τοῖς ἐνεγκαμένοις hoc unum significat (ad explicandum cf. h. pl. IX, 17, 3 οὗτός γε βοήθειαν παρασκευασάμενος κατέσχε): ‚sunt autem remedia (scil. eis‘ qui secum portant, qui παρασκευασάμενοι κατέχουσιν) contra aconitum‘. Explicatur tum haec sententia: ‚nam servi saepe irati eo usi postea sanaverunt, effici enim potest, ut mors lente neque statim, sed longo spatio temporis veniat‘, tum legendum εἰ μὴ ἄρα εὐθεράπευτον διὰ τὸ εἶναι καὶ κατασκευαστὸν ὡς δεῖ. Quem sensum si enucleamus, nihil nisi ampliorem hanc narrationem reddit altera recensio, cum exponat, quomodo aconitum sit parandum, ut rectus effectus eveniat. Tum quae sequuntur omnia interpolata esse viden-

tur nec ullus nexus cum verbis, quae praecedunt erui potest: sane et hic verba de remediis faciuntur; non ad aconitum vero, sed ad ephemerum pertinet, quod dicitur de servis iratis ac male de remedio vel ephemero, quod seiungere non possumus: καὶ τοῦτο πάντας εἰδέναι. Quare turbata et corrupta reliquorum codicum videtur lectio, sensum praebere U*. Porro et mancus sermo deterioris recensionis videtur, quoniam omnino folia et radices describere omittit, quod U* in initio expositionis fecit. Quod diximus glossema esse descriptionem ephemeri probes fortasse si haec respicis; dixerat Theophrastus secundum recensionem deteriorem: ut quisque medicamentum composuit, ita etiam effectus eius fit in certis temporis spatiis vel post duo menses vel tres vel sex, etiam post anni aut biennii intervallum. pessime illos decedere, qui post longissimum tempus necenturcor pore paullatim contabescente; facillime qui confestim obeant. Neque accepimus inventum esse remedium contra eius vim. Contra illud autem, quod uno eodemque die interimit (ἐφημέρου i. e. ἀκονίτου τοῦ παραχρῆμα ἀπαλλάττοντος), extare remedium. Tum recte sequi potest: βοήθειαι δὲ τοῖς ἐνεγκαμένοις εἰσίν, sane remedium eis solum prodesse potest, qui eodem momento id secum portant, nam venenum eodem die interimit. Male intellexit hanc expositionem corrector quidam, qui in sententia ἀλλὰ τοῦ ἐφημέρον τὸ φάρμακον εὑρῆσθαι sollemnem plantam ἐφήμερον [1]) dictam designari putabat itaque addidit descriptionem ephemeri. Conferre liceat descriptionem ephemeri cum Theophrasti τοῦτο δὲ φύλλον ἔχειν ὅμοιον τῷ λειρίῳ = Diosc. IV, 85 ἐφήμερον, οἱ δὲ ἶριν ἀγρίαν, φύλλα καὶ καυλὸν ἔχει ὅμοια κρίνῳ = Plin. h. n. XXV, 170: ephemeron folia habet lilii. Ipse corrector, loquax sane medicus § 5 tot verba de effectu, superflua addidit, idem § 7 sententiam, quae codd. UMP traditur: οὐδὲ κεκτῆσθαι δὲ ἐξεῖναι ἀλλὰ θάνατον τὴν ζημίαν sq., de quibus iam Schneiderus adn. p. 809 suspicatur vitium aliquod latere in scriptura vulgari. Herbam enim ipsam aut radicem possidere

---

[1]) ad ethymologiam cf. schol. Nic. Al. v. 249 ἐφήμερον, ὅτι ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ᾗ ποθῇ ἀναιρεῖ.

et habere domi quominus liceret, quid opus erat lege, cum facile ubique in petrosis nata reperiri possit?

Proximum est perquirere, qualis sit Plinii descriptio: ea tantum, quae cum Theophrasto congruere videntur, enumeraverim: h. n. XXVII, 4 ‚constat omnium venenorum ocissimum esse aconitum . . . . . § 10 nascitur in nudis cautibus, quas aconas nominant et ideo aliqui aconitum dixere . . . . .', quibus verbis brevi colliguntur, quae de nomine aconiti dixit U*. Difficultatem tum et Plinii verba exhibent, qui h. n. XXVII, 9 sic describit aconitum: ‚fas ergo nobis erit . . . . monstrare quale sit aconitum . . . . folia habet cyclamini aut cucumeris, non plura IIII, ab radice leniter hirsuta, radicem modicam, commaro similem marino, quare quidam commaron appellavere, alii thelyphonon, ex qua diximus causa cauda radicis incurvatur paululum scorpionum modo, quare et aliqui scorpion vocavere.' Nonne Plinius idem fuisse aconitum atque thelyphonon declarat? quoniam descriptionem aconiti exhibet, quam h. pl. IX, 18, 2 Theophrastus de thelyphono habet: ἔχει δὲ τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον κυκλαμίνῳ, τὴν δὲ ῥίζαν ὥσπερ ἐλέχθη σκορπίῳ . . . . . et totum thelyphoni effectum Plinius aconito tribuit h. n. XXVII, 6: ‚torpescunt scorpiones aconiti tactu stupentque pallentes et vinci se confitentur. auxiliatur iis helleborum album tactu resolvente . . ., quod de thelyphono dicit Theophrastus l. l.: ἐπιξυόμενον ἀποκτείνει τὸν σκορπίον ἐὰν δέ τις ἐλλέβορον λευκὸν καταπάσῃ πάλιν ἀνίστασθαί φασιν . . . . . Sed et Plinius hanc enarrationem ad thelyphonon h. n. XXV, 122 adnotavit: ‚thelyphonon herba ab aliis scorpion vocatur propter similitudinem radicis cuius tactu moriuntur scorpiones, itaque contra eorum ictus bibitur. scorpionem mortuum si quis helleboro candido linat, reviviscere aiunt. thelyphonon omnem quadripedem necat imposita verendis radice, folio quidem intra eundem diem, quod est simile cyclamino ipsa geniculata.' Duobus igitur Plinii locis eadem ad verbum fere invenimus. Evanescit difficultas, simodo verba Dioscoridis IV, 77 conferamus: Ἀκόνιτον οἱ δὲ παρδαλιαγχές, οἱ δὲ κόμμαρον, οἱ δὲ μυοκτόνον, οἱ δὲ θηλύφονον. Φύλλα ἔχει τρία ἢ τέσσαρα, κυκλαμίνῳ ἢ σικύῳ ὅμοια, μικρότερα δὲ καὶ ὑποτραχεῖα . . . . ῥίζα ὁμοία

σκορπίου οὐρᾷ . . . . . τούτου τὴν ῥίζαν φασὶ προςαχθεῖσαν σκορπίῳ παραλύειν αὐτὸν, διεγείρεσθαι δὲ πάλιν, ἐλλεβόρου προςτεθέντος. Ex eodem atque Dioscoridis auctore sumpta videntur Nicandri verba Al. v. 36 sqq.

> Τὴν μέν τε κλείουσι μυοκτόνον, . . . . .
> οἱ δέ τε πορδιαλαγχές . . . . .
> πολλάκι θηλυφόνον καὶ κάμμαρον· ἐν δ'Ἀκοναίοις
> δηλήειν ἀκόνιτον ἐνεβλάστησεν ὀρόγκοις.

Omnia habes cognomina Dioscoridis. Erat igitur antiqua quaedam aconiti descriptio, in qua idem aconitum atque thelyphonon dicebatur. Ipse Theophrastus hanc nondum inseruit libris suis: eius ipsius aconiti descriptionem habemus in codd. UMP, ex U* eiecta est. Plinius suam aconiti descriptionem sumpsit ex eodem atque Dioscorides auctore.

Cap. 19, 1 Theophrastus plantam quandam, quae ‚onotheras' audit, describit. cf. Plin. h. n. XXVI, 111:

| | |
|---|---|
| ἡ δὲ τοῦ ὀνοθήρα ῥίζα δοθεῖσα ἐν οἴνῳ πρᾳότερον καὶ ἱλαρώτερον ποιεῖ τὸ ἦθος. ἔχει δὲ ὁ μὲν ὀνοθήρας . . . . | et onotheras sive onear hilaritatem adferens in vino, amygdalae folio . . . . |

Cum unus codex U* exhibeat formam ὀνοθήρας, reliqui omnes habeant οἰνοθήρας, Plinius sequitur U*. cf. Diosc. IV, 116 ὀνάγρα· οἱ δὲ ὀνοθήραν. Coniectura sane οἰνοθήρας forma orta esse videtur, cum de ea postea Theophrastus dixerit ὄζει δὲ αὐανθείσης ὥσπερ οἴνου, quare οἰνοθήρας aliquis nominari putare potuit, quam coniecturam omnes ante Schneiderum receperunt editores itaque et apud Dioscoridem restituerunt formas οἰνάγραν, οἰνοθήραν, οἰνόθουριν.

Similiter res in paragrapho, quae sequitur se habere videtur, ubi Theophrastus τριπόλιον describit, quod Plinius ‚polium' vocat:

| Theophr. h. pl. IX, 19, 2 | Plin. h. n. XXI, 44 |
|---|---|
| καὶ ὡς δή φασι τὸ τριπόλιον καθ' Ἡσίοδον καὶ Μουσαῖον εἰς πᾶν πρᾶγμα * * * χρήσιμον εἶναι. | sicut apud Graecos polium herbam, inclutam Musaei et Hesiodi laudibus ad omnia utilem praedicantium. |

Praeter U* reliqui codices post πρᾶγμα inserunt σπουδαῖον, quod editores receperunt. Plinius in exemplari suo non legerat (ad omnia = εἰς πᾶν πρᾶγμα). Quodsi σπουδαῖον legisset, fortasse similiter atque Theodorus Gaza transtulisset: ,quod ad omnem rem magni momenti faciendam perutile praedicatur (σπουδαῖον -- magni momenti).' Σπουδαῖον est sane glossema, vero non otiosum correctoris cuiusdam, qui hoc imprimis premere volebat tripolium esse plantam perutilem ad omnem rem bonam, non esse malum venenum, cum recte dubitari possit de sensu verborum εἰς πᾶν πρᾶγμα χρήσιμον εἶναι.

Cap. 18 § 11 U* omittit verba: ἐν Τροιζηνίᾳ δὲ ὁ οἶνος ἀγόνους ποιεῖ τοὺς πίνοντας. Plinius et Athenaeus, quem supra eandem atque illum Theophrasti recensionem sequi diximus, uterque exhibent sententiam, quae in codice U* omittitur.

| Plin. h. n. XIV, 116 | Ath. I. p. 31 e—f. |
|---|---|
| Troezenium vinum qui bibant negantur generare. | Ὁ δὲ Τροιζήνιος οἶνος φησί (scil. Theophrastus) ἀγόνους ποιεῖ τοὺς πίνοντας. |

Mihi quidem errore scribae cuiusdam haec sententia in U* omissa esse videtur: sequitur enim in Theophrasti l. l. sententia: ἐν Θάσῳ . . . . ἕτερος ἀγρυπνεῖν ποιεῖ τοὺς πίνοντας. Nonne, quod in eadem verba utraque exit sententia ,ποιεῖ τοὺς πίνοντας' facile errore scribae altera omittebatur?

Hoc igitur certum videtur recensionem Theophrasteam, quam apud scriptores veteres exstare vidimus, diversam a nostris codicibus, proxime, accedere ad recensionem codd. U*M*. Utraque vero recensio et codicum U* M* et UM (P) correcta est; melior recensio, utpote a qua paululum scriptorum recensio discrepet, codicum U* M* videtur esse.

Appendicis loco liceat paucis verbis exponere quomodo ipsa Theophrastea verba correcta esse equidem sentiam:

Describitur a Theophrasto h. pl. IX, 19, 3 heliochrysus; discrepantia exstat inter U* et reliquos codices:

| Theophr. | Plin. |
|---|---|
| U* | h. n. XXI, 66 |
| ἔχει δὲ ὁ ἐλειόχρυσος τὸ μὲν ἄνθος χρυσοειδές· φύλλον δὲ λεπτὸν καὶ τὸν καυλὸν λεπτὸν καὶ σκληρόν. | ‚heliochrysus florem habet auro similem, folium tenue, cauliculum quoque gracilem, sed durum. |
| cett. codd. | h. n. XXI, 168 |
| ἔχει δὲ ὁ ἐλειόχρυσος τὸ μὲν ἄνθος χρυσοειδές· φύλλον δὲ λευκὸν καὶ τὸν καυλὸν δὲ λευκὸν[1]) καὶ σκληρόν. | heliochrysum alii chrysanthemon vocant, ramulos habet candidos, folia subalbida . . . . |

Λευκόν e λεπτόν bis errore scribae mutatum esse per Plinii translationem credere non licet. Quid? quod utramque hic descriptionem novisse videtur? alteram sane ex alio quodam auctore sumpsit, cuius verba cum recensione codicum quos dicimus deteriores, cohaerere videntur. Jam habemus Dioscoridis huius plantae desriptionem ita conformatam, e qua codd. UMP diversa a codicis U* descriptio correcta sit: Diosc. IV, 57: Ἑλίχρυσον, οἱ δὲ χρυσάνθεμον . . . . καλοῦσιν . . . . ῥαβδίον λευκόν, χλωρόν, ὀρθόν, στερεόν· φύλλα στενά ἐκ διαστημάτων ἔχον πρὸς τὰ τοῦ ἀβροτόνου . . . . ῥίζαν λεπτήν. De abrotono, quocum unam formam sane heliochrysi comparat III, 26 dicit: ἀβρότονον . . . . . θάμνος δενδροειδής, ὑπόλευκος φύλλοις . . . . (cf. Plinii: folia subalbida). Plinius eandem atque Dioscorides exhibet descriptionem: folia subalbida habro tono similia: ad solis repercussum aureae lucis, in orbem veluti corymbis dependentibus, qui numquam marcescunt (= Diosc. κόμην κυκλοτερῆ, σκιάδια, χρυσοφανῆ, περιφερῆ ὥσπερ κορύμβους ξηρούς). Chrysanthemon cognomen item apud Dioscoridem occurrit. λευκόν itaque duobus locis in codd. UMP invasit ex illo libro phylologico, ex quo Dioscorides suam descriptionem hausit. Eodem vero errore et in Plinii verba ‚folia subalbida' et in UMP ‚λευκὸν φύλλον' invasit, Dioscorides enim unam formam foliorum, non colorem cum habrotono comparavit.

---

[1]) haec lectio est in UMP a Schneidero in textu posita, quem Wimmerus sequitur.

De nigro helleboro dicit Theophrastus c. 10, 3 libri noni, cf. Plin. h. n. XXV, 49:

| | |
|---|---|
| φύεται δὲ ὁ μὲν μέλας πανταχοῦ· καὶ γὰρ ἐν τῇ Βοιωτίᾳ καὶ ἐν Εὐβοίᾳ καὶ παρ' ἄλλοις [πολλοῖς, ἄριστος δὲ ὁ ἐκ τοῦ Ἑλικῶνος, καὶ ὅλως τὸ ὄρος εὐφάρμακον]. | nigrum (scil. helleborum) ubique provenit, sed melius in Helicone, qui mons et aliis laudatur herbis. |

U* et M* omittunt verba de Helicone monte, cum reliqui codices consentiant cum Plinio eaque exhibeant. Ea vero in recensione reliquorum codicum per interpolationem inserta esse elucet ex h. pl. IX, 15, 4 τῶν δὲ περὶ τὴν Ἑλλάδα τόπων φαρμακωδέστατον τό τε Πήλιον τὸ ἐν Θετταλίᾳ καὶ τὸ Τελέθριον τὸ ἐν Εὐβοίᾳ καὶ ὁ Παρνασὸς ἔτι δὲ καὶ ἡ Ἀρκαδία καὶ ἡ Λακωνική· καὶ γὰρ αὗται φαρμακώδεις ἀμφότεροι. Ubi in hac serie τὸ ὅλως εὐφάρμακον ὄρος? Si ipse Theophrastus paululum antea de hoc monte verba fecisset, fieri non poterat, ut nunc omitteret. Iterum ad Dioscoridis libros recurrere velim, qui postquam primo loco Anticyranum helleborum commemoravit, (IV, 149) subiungit καὶ γὰρ ὁ μέλας καὶ κάλλιστος ἐν αὐτῇ γεννᾶται . . . . τοιοῦτος δέ ἐστιν ὁ ἐν τῷ Ἑλικῶνι καὶ Παρνασσῷ καὶ Οἴτῃ φυομενος· διαφέρει μέντοι ὁ Ἑλικώνιος. Hic quoque apparet ex fonte Dioscoridis invasisse in deteriores, quos dicunt, codices montem Heliconem. Etiam hic et Plinius et is qui Heliconem montem Theophrasto inseruit eundem errorem commiserunt. Dioscorides una de bonitate hellebori montis Heliconis loquitur. Illi uterque hoc ad ipsum montem Heliconem transtulisse videntur, pro διαφέρει μέντοι ὁ ἑλικώνιος fortasse legerant διαφέρει μέντοι ὁ Ἑλικῶν ἰοῖς (= venenis).

Describitur hipposelinum a Theophrasto h. pl. VII, 6, 3, de quo loco iam supra locuti sumus. Praesto est praeter Plin. h. n. XIX, 124 ecloga Theophrasti in schol. Nic. Ther. v. 596:

| Theophr. h. pl VII, 6, 3 | schol. Nic. Ther. 596 | Plin. h. n. XIX, 124. |
|---|---|---|
| τὸ δ' ἱπποσέλινον φύλλον μὲν ἐμφερὲς τῷ ἐλειοσελίνῳ . . . . . φύεται δὲ ὁμοίως πανταχοῦ. | Θεόφραστος δὲ λέγει τὸ ἱπποσέλινον, ὃ καὶ ἐν τοῖς πετρώδεσι τόποις γίνεσθαί φησι. | . . . . rursus in siccis hipposelinum, pluribus foliis, simile helioselino. |

Discrepat paululum scholiastae ecloga a Theophrasto nostro, hic habet φύεται ὁμοίως πανταχοῦ, ille καὶ ἐν τοῖς πετρώδεσι τόποις γίνεσθαι, cum quo congruere videtur Plinii sententia ‚nascitur in siccis hipposelinum‘, qui totam paragraphum de his plantis ad verbum e Theophrasto sumpsit. Sensu sane nihil differt inter καὶ ἐν πετρώδεσι τόποις (= etiam in siccis locis, nisi fortasse καὶ errore quodam insertum est, quod facile e Plinii verbis colligas) et πανταχοῦ, tamen verbis ipsis. Quaeritur qua de causa in nostris codd. mutatum sit ἐν πετρώδεσι τόποις in πανταχοῦ. Conferre velim et alteram quam Plinius exhibet descriptionem hipposelini: h. n. XIX, 163 ‚hipposelinum veteres praeceperunt in locis incultis, lapidosis iuxta maceriam seri — nunc et repastinato seritur . . . .‘ Nihil refert, num ‚veteres‘, quos nominat Plinius, fuisse Theophrastum suspicemur, quod equidem malim, quoniam in descriptione quae praecedit ipse nomen Theophrasti posuerit ‚auctorque est Theophrastus murra sata natum‘ (h. pl. VII, 6, 3). Noverat igitur Plinius veterum quoddam praeceptum ‚in lapidosis locis serere hipposelinum‘, neque differt a scholiastae verbis ἐν πετρώδεσι τόποις, a Plinii ipsius ‚in siccis locis‘. Addidit vero ipse Plinius hoc praeceptum non iam rectum esse: ‚nunc et repastinato seritur‘ secutus fortasse auctorem Romanum. Postea igitur — hoc e Plinii quae secuntur l. l. verbis intellegitur — inutilem, immo noxiam hipposelinum esse dicebant. Ipse Theophrastus nulla verba de hac re fecit, facile vero probatur πανταχοῦ γίνεσθαι eius ipsius doctrinae obstare: quodsi dixerat ubique nasci hipposelinum, quid opus erat adnotare in Arcadia nasci hipposelinum h. pl. IX, 15, 5 (Φύεται δὲ παρ' αὐτοῖς . . . . καὶ τὸ ἱπποσέλινον, quasi rara planta ibi ponitur). Plinius novam notitiam de loco hipposelini sumpsit e Colum. XI, 3, 36 ‚ἱπποσέλινον . . . . pastinato loco semine debet conseri, maxime iuxta maceriam‘ . . . . addidit etiam eiusdem capitis § 54 et 55, in Columellae verbis non nominantur ‚loci lapidosi‘, quam notitiam e Theophrasto habet. Adsumpsit etiam alium auctorem: nam neque apud Columellam neque Theophrastum occurrunt loci inculti, quos exhibet Dioscorides III, 72: Σμύρνιον (quod III, 71 idem esse atque ἱπποσέλινον dixit:

ἱπποσέλινον . . . οἱ δὲ σμύρνιον καλοῦσι), ὅπερ ἐν Κιλικίᾳ πετροσέλινον καλοῦσι . . . . . φύεται δὲ ἐν πετρώδεσι τόποις καὶ γεωλόφοις ἀνίκμοις καὶ γωνίαις χερσευούσαις (cf. Plinii: locis incultis = γωνίαις χερσευούσαις). Idem de regione hipposelini dixit iam III, 71: ἱπποσέλινον . . . . φύεται ἐν συσκίοις καὶ παρ᾽-έλεσι . . . . De loco hipposelini habemus igitur diversas notitias: scholiasta dicit etiam in lapidosis regionibus nasci, Plinius idem dixit h. n. XIX, 124, postea h. n. XIX, 163 hanc sententiam nova notitia Columellae et Dioscoridis auxit, Dioscorides ipse in umbrosis, palustribus, lapidosis locis nasci asserit, optime nunc intelleges in ipsum tum Theophrastum secundum Dioscoridis fontem invasisse πανταχοῦ.

Tribus igitur locis mea quidem sententia secundum eundem auctorem, quo usus est Dioscorides, Theophrastus ipse correctus est.

Vidimus supra nonnullas descriptiones plantarum ex una alterave recensione codicum Theophrasti eiectas esse, sic ex codice U* h. pl. IX, 16, 4 descriptionem aconiti: Plinius aconitum describit quasi idem esset atque thelyphonon, cuius descriptionem nihilo minus repetit (cf. p. 29 sq.), ipsius vero Theophrasti aconiti descriptionem non exhibet. Sequitur ibi auctorem, quem etiam Dioscorides IV, 77 adsumpsit. Miramur sane, quod Plinius cuius exemplar Theophrasteum proxime accedere vidimus ad U*, redeat in descriptione ad Dioscoridis fontem; res ita solum explicari potest, ut iam in eius exemplari descriptionem plantae eiectam esse sumamus, nota quadam huius exemplaris ad aliam quandam descriptionem ducebatur: Theophrasti ipsius descriptio ob id ipsum eiecta est, quod cum altera antiqua aconiti expositione non congruebat. Similiter iudicare velim de eiecto asclepio (cf. supra p. 19), quod deest in codd. UMP. Descriptio enim Dioscoridis III, 49 (πάνακες Ἀσκληπιοῦ . . . . φύλλα ὅμοια μ α ρ ά θ ρ ῳ, εὐῶδη . . . . ῥίζα δὲ μικρά, λεπτή) multis rebus a Theophrastea discrepat, qui de radice dixerat ῥίζαν λευκὴν δὲ καὶ παχεῖαν σφόδρα. Inde fortasse colligas ex UMP erasam esse descriptionem, praesertim cum Plinius h. n. XXV, 80 eam ipsam Theophrasteae expositionis partem Dioscoridis vel eius auctoris maxime oppositam

omiserit omnino, unde colligas nota quadam iam editionis, quae in eius manibus erat, ambigua haec verba designata esse.

Paucae duplicis recensionis praesto sunt reliquiae in codicibus et ne in iis quidem facile diiudicari potest, quomodo quoque loco et qua de causa additae vel correctae sint sententiae utriusque recensionis, etsi rectas Theophrasteas lectiones plerumque recensione codicis U* servari vidimus. Pluribus locis Plinius correcturas illas novit.

## III.

## Theophrasti libros phytologicos qui correxerint, qui commentati sint.

Correctos et interpolatos esse vidimus Theophrasti libros e libro quodam phytologico, cuius vestigia in Dioscoridis libris invenisse nobis videmur, quem et Nicander ad carmina facienda adhibuisse videtur. Tamen non solum medicum vel phytologum, sed etiam grammatici vel scholiastae vestigia invenimus. Ac primum redire velim ad Theophrasteam eclogam Athenaei XI, p. 470 f, de qua iam supra p. 7 sq. dictum est:

Θεόφραστος ἐν τῇ περὶ φυτῶν ἱστορίᾳ (h. pl. V, 3, 2) διηγούμενος γὰρ περὶ τῆς τερμίνθου φησί ‚τορνεύεσθαι δὲ ἐξ αὐτῆς καὶ κύλικας θηρικλείους, ὥστε μηδένα <ἂν> διαγνῶναι πρὸς τὰς κεραμέας.' κατασκευάσαι δὲ λέγεται τὴν κύλικα ταύτην Θηρικλῆς ὁ Κορίνθιος κεραμεύς, ἀφ᾽ οὗ καὶ τοὔνομα ἔχει, γεγονὼς τοῖς χρόνοις κατὰ τὸν κωμικὸν Ἀριστοφάνη. Scholiastae nonne vestigia vides in sententia ab ipso Athenaeo addita, ethymologiae causa adiectivi θηρικλείους de Thericle fabricatore? Miramur, quod cum Plinius idem dicit h. n. XVI, 205 ‚celebravit et Thericles nomine calices e terebintho solitus facere torno; perquam probatur materies[1])' atque Athenaeus, uterque discrepat ab h. pl. V, 3, 2: τορνεύεσθαι δὲ ἐξ αὐτῆς (scil. τερεβίνθου) καὶ κύλικας θηρικλείους, ὥστε μηδένα ἂν διαγνῶναι πρὸς τάς κεραμέας. Ex eodem auctore derivanda est et Athenaei et Plinii nota,

[1]) ad rem ipsam nihil refert, quod supra diximus Plinium male transtulisse hanc notam.

Athenaei vero verba scholiastam eumque grammaticum redolere nemo est qui neget.

Hoc unum exemplum sufficit, etsi et alia vestigia iam in transcursu supra notavimus. Paucis verbis liceat colligere quae ex tota adhuc disputatione enucleanda videntur: librorum phytologicorum Theophrasti habemus duplicem recensionem in parva quadam parte libri noni etiam in codd., ad hanc accedit scriptorum veterum recensio, quae differt a recensione codicum UM(P), multo minus a codd. U* M* recensione. Nulla vero codicum recensio integra verba Theophrasti servavit: est igitur utraque retractata, quippe quae auctas et correctas Theophrasteas sententias exhibeant. E libro quodam phytologico, quem cum Dioscoride et Nicandro cohaerere vidimus nova vel meliora (scil. ut correctori videbantur) Theophrasteis addita esse constat. Difficillimam de horum auctoribus quaestionem tetigimus, de qua egerunt O. Schneider [1]) et nuperrime M. Wellmannus [2]): ille adhibuisse Nicandrum libros iologi cuiusdam Apollodori censet, cui et Plinius multa debuerit. Hunc Apollodorum dicit Schneiderus l. l. p. 188: ‚fuisse Democriti assectatorem, incertae patriae, sed distinguendum ab eiusdem nominis hominibus, Atheniensi, Lemnio, Citiensi iisque qui de odoribus et ad Ptolemaeum regem de vini generibus commentati sunt, eundemque non de bestiis solum venenatis commentarium scripsisse, sed in ea quoque quae ore hausta nocent venena inquisivisse alio commentario, cuius quae inscriptio fuerit, nescimus‘. Ei Nicander et reliqui medici pleraque accepta referunt, et post Nicandrum spreto ipso Nicandro eundem, quo ille usus erat, fontem adierunt medici in eadem tractanda materia (cf. expositionem Schneideri l. l. p. 189—198). De forma et rebus huius libri Wellmannus p. 18 libelli inscripti ‚das älteste Kräuterbuch

---

1) cf. Nicandrea rec. O. Schneider Lps. 1856, parte VIII, quae inscribitur, de Apollodoro iologorum duce p. 181—201.

2) M. Wellmannus primum in libro inscripto, Abhandlungen der kgl. Gesellschaft d. Wiss. zu Göttingen 1897 ‚Krateuas‘, tum in libro, Festgabe für F. Susemihl, Lpzg. 1898 ‚das älteste Kräuterbuch der Griechen.‘

der Griechen' quaedam profert ad nostram rem haud inutilia. Receperat ille sane descriptiones plantarum in libros suos iologicos, de quibus Wellmannus dicit: ,von Apollodor ist ausdrücklich bezeugt (Ath. XV, p. 483), dass er Pflanzensynonyma gab, durch die Uebereinstimmung des von E. Rhode (mus. rhen. XXVIII p. 270 sq.) edierten Auszuges aus Archigenes mit Nicander ist bewiesen, dass die gemeinschaftliche Quelle beider d. h. derselbe Apollodor, thatsächlich Pflanzenbeschreibungen in sein iologisches Werk aufgenommen hat[1]). E libro igitur, qui similes descriptiones phytologicas exhibebat atque Apollodorus, contenderim retractatos esse libros Theophrasteos. Num ad manus habuerit redactor ipsius Apollodori libros quis diiudicabit? dubitaverim cum Wellmano, qui recte mihi quidem dixisse videtur l. l. „die Benützung des Apollodor für Pflanzenbeschreibungen seitens der spätern Pharmakologen halte ich deshalb für angeschlossen, weil sie eine Spezialschrift war, also nur eine beschränkte Anzahl von Pflanzen beschreiben konnte, soweit sie für die Jologen von Wichtigkeit waren." Nobis sufficiat genus quoddam descriptionum phytologicarum a Theophrasteo diversum designasse, e quo ipsa Theophrastea retractata et correcta sint. Quae praeterea Wellmannus de auctore horum librorum phytologicorum et Theophrasti exposuit, a nostra re plane aliena videntur. Quo tempore vero libri Theophrastei retractati sint secundum hunc librum phytologicum, infra enucleabimus.

Sed etiam a grammatico quodam verba Theophrasti emendata vel explicata esse habemus exemplum illud Thericlis. Quod si rectum videtur, nostro iure inde colligimus grammaticum quendam Theophrasti libris phytologicis quondam operam navasse. Nec mireris, si modo exemplo uteris Aristotelis historia animalium, in qua summus atque princeps grammaticorum, Aristophanem dico Byzantium, studia ita collocaverat, ut ipse horum librorum epitomen conscriberet,

---

[1]) cf. descriptionem aconiti a Wellmanno l. l. p. 18, n. 5 exhibitam ex Ael. Prom. secundum Apollodorum (e codice Vatic. 299 collationis, quam fecit E. Rhode, quae quod supra de aconiti descriptione diximus, probare videntur.

cuius vis et auctoritas tanta erat, ut quivis postea zoologicos libros Aristotelis evolveret, non ad ipsum Aristotelis opus rediret, sed ad Aristophanis Byzantii epitomen. De his Aristophanis studiis optime nunc iudicare possumus, postquam magna quaedam pars huius epitomae Byzantina aetate in librum redacta cum aliis excerptis zoologicis inventa nuper edidit Lambros [1]. Quanta erat auctoritate Aristophanes Byzantius, discipulos, quos magistrum aemulatos esse scimus, amore talium scriptorum imbuit, qui non solum grammaticorum munere fungebantur in eiusmodi libris pertractandis, sed etiam novis additamentis eos augebant sicut ipsius Aristophanis epitome saepissime ab Aristotelico opere discrepat. Grammaticum igitur videmus libris Theophrasteis operam navasse, qui quin Alexandrinus fuerit dubitari nequit. Haec sententia firmari potest e verbis Athenaei, quibus Thericlis aetas designatur ex Aristophane comoedo: κατασκευάσαι δὲ λέγεται τὴν κύλικα ταύτην Θηρικῆς ὁ Κορίνθιος κεραμεύς, ἀφ᾽οὗ καὶ τοὔνομα ἔχει, γεγονὼς τοῖς χρόνοις κατὰ τὸν κωμικὸν Ἀριστοφάνη. Primo obtutu agnoscitur scholiasta Alexandrinus, qui de re ipse nihil novit: legerat fortasse nomen Thericlis in comoedia quadam, quare ipsum Thericlem eiusdem aetatis atque Aristophanem comoedum fuisse dicit.

Tota sententia aliis argumentis firmanda est: investigandi sunt scriptores, qui Alexandrina aetate adhibuerint libros Theophrasti. Ad paradoxographorum igitur libros redeamus Alexandrina aetate compositos. Ac primum quidem Antigonus Carystius, qui saepissime, ne dicam semper, et in rebus et in auctoribus congruere videtur cum libro pseudoaristotelico, cui inscribitur, ‚ἀκούσματα θαυμάσια' et cum Apollonii ‚historiis mirabilibus', ne uno quidem loco Theophrasti libros phytologicos excussit, etsi multa mirabilia, quae ad eius ipsius argumentum pertinebant, eis describebantur. Hoc eo magis mirum est, quod alios libros Theophrasti novisse videtur cf. c. 145 (fr. 164 W) et c. 174 (fr. 160 W).

Sed cum Theophrasti libri de plantis ab Apollonio et auctore, qui librum mirabilium auscultationum scripsit, dili-

[1]) cf. suppl. Aristotelic. I.

genter excussi sint, inter Antigoni et horum scriptorum aetatem studium Theophrasti librorum de plantis a grammaticis susceptum esse videtur. Oritur autem nunc haud parva difficultas. Apollonium constat (cf. F. Susemihl, Alex. Litt. I. p. 479) librum conscripsisse posteriore aetate Alexandrina. De aetate autem scriptoris mirab. auscult. certum adhuc nemo protulit: quam certe sententiam Müllenhoffius in libro ‚deutsche Altertumskunde I[1] p. 426 sqq.' proposuit et Güntherus in dissertatione ‚de ratione inter Lycophronem et Timaeum Tauromenitanum' secutus est, ea certis caret argumentis: idem dixerim de Susemihlio (l. l. p. 478). Geffken (philol. Unters XIII p. 86) recte monet hunc librum primum in Isigoni libris citari, suo iure certam auctoris aetatem ponere non licere declarat.

Quale exemplar Theophrasteum in Apollonii manibus fuerit, haud facile diiudicare possumus, quamquam duodecim capitulis [1]) res e Theophrasti libris phytologicis excerpserit, quoniam plerumque nihil nisi res ipsas a Theophrasto expositas affert, nec ita accurate verba repetit, ut de textu quidquam concludi possit. Sed exstare discrepantias quasdam inter Apollonii et Theophrasti codices demonstrari potest. E. g. c. XLIII (cf. Westermanni ed. paradoxogr.) scribit Apollonius: Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ φυτῶν περὶ Σόλους τῆς Κιλικίας παρά τὸν ποταμôν τὸν λεγόμενον Πίναρον, οὗ ἡ μάχη Ἀλεξάνδρου πρὸς Δαρεῖον ἐγένετο, αἱ ῥόαι ἀπύρηνοι γίγνονται· δι᾽ὅλου δὲ κόκκοι τὸ οἰνίζον ἔχουσιν. Theophr. h. pl. II, 2, 7 dicit: περὶ δὲ Σόλους τῆς Κιλικίας περὶ ποταμὸν τὸν Πίναρον, οὗ ἡ μάχη πρὸς Δαρεῖον ἐγένετο, πᾶσαι (scil. ῥόαι) γίγνονται ἀπύρηνοι. Libri manuscripti ultimam quam exhibet Apollonius sententiam de granis omittunt. Apparet vero in Theophrasto hanc quondam fuisse, recte enim adfert Schneiderus c. pl. I, 9, 2: αἱ δὲ καὶ μεθιστάναι πρὸς τὸ βέλτιον καθάπερ εἴρηται περί τε τῶν ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἐν Κιλικίᾳ ῥοῶν αἱ μὲν γὰρ γλυκεῖαι καὶ οἰνώδεις,

[1]) cf. ed. Westermanni (paradoxographi) c.c. XVI, XXIX, XXXI, XXXII, XXXIII, XXXIV, XLIII, XLVIII, XLI, XLVII, L semper Theophrasti auctoris nomine adscripto, omnia ex h. pl. sumpta sunt.

αἱ δὲ ἀπύρηνοι καὶ καλλίκοκκοι γίγνονται περὶ τὸν Πίναρον ποταμόν.

De hydno Apollonius duas Theophrasti eclogas profert, quae in codicibus non extant. (c. XVI et XLVII): c. XVI (fr. 170 W.) Θεόφραστος δ'ἐν τῇ περὶ φυτῶν πραγματείᾳ τὴν θαψίαν ῥίζαν, ᾗ οἱ ἰατροὶ χρῶνται, ἐάν τις σὺν κρέασιν ἑψήσῃ τὰ πολλὰ ἓν γίγνεσθαι, ὥστε ἐκ τοῦ ἀγγείου μηκέτι δύνασθαι ἐξαιρεθῆναι et c. XLVII: τὰ ὕδνα βροντῶν συνεχῶν γιγνομένων σκληρότερα γίγνεται, καθάπερ Θεόφραστος ἐν τοῖς περὶ φυτῶν εἴρηκεν, haec vero ecloga etiam ab Athenaeo et Plinio Theophrasto tribuitur, de qua iam initio expositionis nostrae p. 3 sq. verba fecimus. Habuit igitur Apollonius idem exemplar ad manum atque Athenaeus et reliqui scriptores. Idem de scholiastis homericis contendi licet, qui pendent a grammaticis Alexandrinis.

Theophrastus h. pl. III, 1, 3 agit de salice quae frugiperda appellatur, quod fructum ante maturitatem amittere dicitur. Theophrasti verba citantur ad Od. κ, v. 510 (κλῆθροι τ'αἴγειροί τε καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι) in scholiis Odyssiae, Eustatius eadem ad nominatum locum Odyssiae affert, Hesychius exhibet s. v. ὠλεσίκαρπος, apud Stobaeum (c. C. περὶ νόσου ρ' 21 Mein., apud. Gaisford vol. III p. 273) Neoplatonicus Porphyrius in libro περὶ Στυγός citat verba, quae Plinius adfert h. n. XVI, 110, Aelianus hist. an. IV, 23 (ed. Hercher), tamen adnotandum est Hesychium, Porphyrium, Aelianum, Plinium sententiam Theophrasteam exhibere sine ipsius Theophrasti auctoris nomine. In Geoponicis denique sub Democriti cuiusdam nomine eadem Theophrastea sententia XI, 13, 2 fusius exponitur. Liceat unius cuiusque verba hic adnotare et cum ipsius Theophrasti comparare:

| Theophr. h. pl. III, 1, 3. | Plin. h. n. XVI, 110 |
|---|---|
| ἀλλὰ τὴν ἰτέαν ταχὺ προκαταβάλλειν πρὸ τοῦ τε τελείως ἁδρῦναι καὶ πέψαι τὸν καρπόν· δι'ὃ καὶ τὸν ποιητὴν οὐ κακῶς προςαγορεύειν αὐτὴν ὠλεσίκαρπον (Od. κ. 510). | Ocissime autem salix omittit semen antequam omnino maturitatem sentiat, ob id dicta Homero frugiperda. Secuta aetas scelere suo interpretata est hanc senten- |

tiam quando semen salicis mulieri sterilitatis medicamentum esse constat.

Eustatius Od. κ. 510

Ὠλεσίκαρποι δὲ ἰτέαι ἢ ὅτι ἀποβάλλουσι, φασί, τὸ ἄνθος πρὶν ἢ πεπανθῆναι ἢ διότι οἱ πιόντες τοῦ κατ᾽αὐτὰς ἄνθους ὄλλουσι τὸν καρπὸν ἤτοι ἄγονοι γίνονται ὡς καὶ Θεόφραστος ἱστορεῖ.

schol. Od. κ. 510

φησὶ δὲ Θεόφραστος ἐν Φυτικοῖς τὸν χυλὸν τῆς ἰτέας πινόμενον ἀφανίζειν τὴν γονὴν τοῦ ἀνθρώπου.

Hesychius

ὠλεσίκαρποι αἱ ἰτέαι διὰ τὸ ταχέως ἀποβάλλειν τὸν καρπὸν ἢ ὅτι πινόμενον ὁ καρπὸς ἀγόνους ποιεῖ.

Stobaeus (περὶ νόσου C, ρ′ 21)

Πορφυρίου ἐκ τοῦ περὶ Στυγός· Ἥτε ἰτέα αὕτη ἀποβάλλει τὸν καρπὸν πρὶν ἐκθρέψαι· διὸ ὠλεσίκαρπον αὐτὴν ὁ ποιητὴς ὀνομάζει καὶ μέντοι ἱστόρηται ὡς μετὰ οἴνου δοθεὶς ὁ ταύτης καρπὸς ἀγόνους ποιεῖ τοὺς πιόντας καὶ κατασβέννυσι τὸ σπέρμα καὶ μαραίνει τὴν γόνιμον ὁρμήν.

Ael. h. an. IV, 23

πιὼν δὲ ἄνθρωπος (scil. καρπὸν ἰτέας) τὴν σπορὰν τὴν παιδοποιόν τε καὶ ἔγκαρπον ἀπώλεσε καί μοι δοκεῖ Ὅμηρος καὶ τὰ τῆς φύσεως ἀπόρρητα ἀνιχνεύσας εἶτα μέντοι καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι ἐν τοῖς ἑαυτοῦ μέτροις εἰπεῖν τοῦτο αἰνιττόμενος.

Omnes igitur et discrepant in explicanda voce homerica ὠλεσίκαρπος ab ipso Theophrasto et suae explicationis auctorem ponunt. Neque vestigium ullum illius ethymologiae, quam apud Theophrastum se legisse dicunt invenias c. pl. II, 9, 14, ubi de salice frugiperda iterum dicitur ὥστε καὶ τοῦτο ὠλεσίκαρπον ἄν τις φαίη καθάπερ ὁ ποιητής φησι τὴν ἰτέαν.

Praeter scholiastam, qui utriusque explicationis auctorem ponit Theophrastum, et Hesychius et Porphyrius Theophrasto usi sunt, cum ille eadem atque Theophrastus et scholiasta habeat verba, hic verbo ἱστόρηται significet φυτῶν ἱστορίαν. De Aeliani verbis dubites, num ex Theophrasto ipso sumpta sint. Occurrit haec ethymologia in Geoponicis, XI, 13, 2: ὁ δὲ Δημόκριτός[1]) φησιν ὡς ὁ καρπὸς τῆς ἰτέας λειούμενος καὶ ταῖς τροφαῖς τῶν κτηνῶν μειγνύμενος ταῦτα λιπαίνει· ἐκπινόμενος δὲ λειανθεὶς ἀνθρώπους ἀγόνους ποιεῖ, ἐξ οὗ φησι καὶ Ὅμηρος (Od. κ. 510).

κλῆθροι ταἴγειροι καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι.

Fuit igitur ethymologia adiectivi ὠλεσίκαρπος, quae Alexandrina aetate in Theophrastum illata ex nostro textu sublata est. Plinius hanc sollemnem interpretationem versus homerici integram in libro suo invenit, fortasse scholiastae notam secutus ipse causam et originem huius interpretationis addidit: ‚secuta aetas scelere suo interpretata est hanc sententiam, quando mulieri sterilitatem semen salicis afferat'. Hoc igitur enucleaverim ex hoc exemplo: Alexandrina aetate Theophrasti libros phytologicos a grammaticis excuti coeptos esse post Antigonum Carystium. Aristophanes Byzantius diligenter eos iam evolvisse videtur: e. g. cf. suppl. Aristot. I ed. Lambros p. 10 l.6 sqq.: πάντα δὲ τὰ κατηριθμημένα ζῷα ἄναιμα συμβέβηκέν εἶναι καὶ τελευτᾶν ἐλαίου αὐτοῖς ἐπισταζομένου, καθάπερ καὶ τὰ ἔντομα πάντα, ὅθεν αἱ μέλισσαι τοὺς τῷ μύρῳ χρωμένους καὶ εἰςιόντας τύπτουσαι ἀποδιωθοῦνται ὡς πολεμίου τοῦ λίπους ὄντος. διὸ δὴ ἀλιπεῖς πειρῶνται προςάγειν αὐταῖς, ἐν Αἰγύπτῳ δὲ καὶ ἐξυρημένοι τὰς κεφαλὰς, ἵνα μηδεμία ἰκμασία λίπους λείπηται; quae sententia desumpta est ex Aristotelis hist. animalium Θ 27 p. $605^b$ 19 aucta vero duobus additamentis, quorum alterum occurrit in Theophrasti c. pl. VI, 5, 1 . . . . ἀλλ᾽ὑπὸ τῶν ἡδίστων ἡμῖν ἀναιρεῖσθαι καθάπερ οἱ γύπες ὑπὸ τῶν μύρων καὶ οἱ κάνθαροι ὑπὸ τῶν ῥόδων. πολεμοῦσι δὲ δὴ σφόδρα καὶ αἱ μέλισσαι τοῦς μεμυρισμένους. Alteram sententiam de Aegypto ex sua ipsius cognitione addidit Aristophanes. Eadem parte epitomae et amplius

---

[1]) de hoc Democrito cf. Ed. Schwartz in appendice editionis Tatiani p. 56.

excussit libros Theophrasteos (cf. Lambros p. 10 textu et argumentis). Ex altero exemplo intelleges saepius Aristophanem et aliis locis Aristotelis expositionem de animalibus auxisse additamentis ex Theophrasteis libris desumptis: p. 35, 1(Lambros) agitur de bestiis quibusdam βλητικά appellatis, Aristoteli ipsi plane ignotis. Addita est haec sententia e Theophrasti libris, quod iam Sauppius recte monuit (cf. Lambros l. l.), qui fr. 178 W. (exstat apud Ath. VII p. 314 b) agit de his animalibus, quae Theophrasti verba citat Aelianus (cf. hist. an. ed. Hercher p. 74, 8) et ipsius Theophrasti auctoris nomen ponit. Aristophanem igitur Byzantium vidimus excussisse Theophrasti libros phytologicos. Ante eum cum neminem, post Aristophanem vel iam eadem aetate saepissime inveniamus auctores, qui adhibuerint Theophrasti historiam plantarum, scholiastas dico, paradoxographos. Quid de libro pseudoaristotelico iudicium feremus, quem sunt viri docti qui et tertii exeuntis saeculi esse affirment? Liceat paucis verbis hanc quaestionem tangere: recte Wellmannus, Hermae voll. XXVI et XXVII probavit Aelianum usum esse Aristotelis historiae animalium epitoma Aristophanis per Alexandri Myndii libros et Plinium per Jubae Mauretaniae regis libros.

Quid? quod in libro de mirab. auscult., Aeliano, Plinio eadem dispositio rerum occurrit: e. g. Aeliani hist. an. IX, 15 congruit cum mirab. auscult. c. 140 et 141 et Plinii h. n. XI, 279. Addas, quod in Plinii verbis antecedit sententia, quae apud Theophrastum redit: ,quae insecta appellavimus omnia olei adspersu necantur, vultures unguenti — qui fugat alios appetunt odorem — scarabaei rosa, quosdam serpentes scorpio occidit.‘ E Theophrasti c. pl. VI, 5, 1 haec verba sumpta esse diximus, quae primum in Aristophanis epitoma occurrunt. In eadem parte mirab. auscult., quam cum Aeliano, Plinio congruere diximus, exstant et haec Theophrastea verba: c. 147. λέγεται δὲ καὶ τοὺς γῦπας ὑπὸ τῆς τῶν μύρων ὀσμῆς ἀποθνήσκειν, ἐάν τις αὐτοὺς χρίσῃ ἢ δῷ τι μεμυρισμένον φαγεῖν· ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς κανθάρους ὑπὸ τῆς τῶν ῥόδων ὀσμῆς. Et apud Aelianum et Plinium et auctorem mirab. auscult. haec verba interspersa sunt sententiis ex Aristotelica historia anima-

lium desumptis. Apparet igitur auctorem mirab. auscult. novisse epitomen Aristophaneam.

Sic invenimus terminum, ante quem non conscriptum esse librum pseudo-aristotelicum quem dicunt constat, ut probari nequeat quem Müllenhoffius eumque secuti alii prosuerunt, finem dico III a. chr. n. saeculum, inde facile colligas ineunte altero saeculo a. chr. n. hunc librum pseudo-aristotelicum (scil. post Aristophanem Byzantium) conscriptum esse. Tum quod protulit Wellmannus primo post chr. n. saeculo fere omnes auctores usos esse Aristotelis historia animalium per Aristophanis epitomam ita corrigere velim, ut aetate quae Aristophanis ipsius aetatem sequatur, Aristotelicum opus Aristophanis epitomae cessisse censeam.

Tandem absolvimus hoc per scriptorum veterum Alexandrinae aetatis libros iter inceptum, paucisque nunc indicare velim, quem inde fructum reportasse nobis videamur. Ac primum quidem constabit studia Theophrasti librorum de plantis suscepta esse Alexandriae Aristophanis Byzantii aetate. Ad omnia, quae adhuc de libris ac studiis e schola, quam dicunt peripateticam, profectis cognita habemus, accedere videntur, quae ex nostra disputatione de Theophrasti libris phytologicis conclusimus: Theophrastus ipse libros suos phytologicos non edidit, Alexandrini grammatici scholae Aristophanis Byzantii primam editionem conceperunt et ediderunt. Nec miramur, quod hoc accurate congruere videtur cum studiis peripateticis, qualia Alexandriae fuisse traduntur: imprimis libri historici, botanici, zoologici philosophorum peripati in studiis erant et diligenter pertractabantur. Analogiam textus recensionis librorum Aristotelis non nisi tangere velim. Ad hanc igitur Alexandrinam editionem redeunt posteriores, qui excusserunt, scriptores, paradoxographos dico, scholiastas, alios. Inde ab Aristophanis aetate Theophrasti libri semel atque iterum retractati, adnotationibus et scholiis aucti esse videntur, multae notae initio in margine fortasse positae postea in ipsum textum Theophrasti irruerunt. Textum quendam sic conformatum exhibent nostrae codicum recensiones. Neque vero salvam atque integram ipse archetypus, ad quem

utraque nostra codicum recensio redit, Theophrasti rerum expositionem exhibebat, immo cum notis et argumentis (in margine fortasse) auctam iterumque pertractatam correctam. Scimus et post Aristophanem Byzantium Alexandriae grammaticos magnam in botanicis libris factitandis operam navasse. E. g. grammaticum quendam infimae Alexandrinae aetatis, aequalem dico Didymi, Tryphonem nominare velim, cuius opus φυτῶν ἱστορία inscriptum Ath., III p. 78 a et aliis locis affert [1]). Hac igitur aetate (scil. ante Plinium, quem iam notae quaedam in margine exemplaris ad alterum opus phytologicum duxisse videntur, ex quo notitiae Theophrastei exemplaris in utraque codicum recensione correctae esse videntur) opus est grammaticum quendam pertractasse libros phytologicos Theophrasti secundum alteras notitias botanicas desumptas e libro phytologico, qui ad Apollodori (Nicandri), Dioscoridis libros accedere videtur.

Praesto est nobis duplex codicum recensio ad parvulam partem libri noni, U* M* (P) dico et U M (P). Probare visi sumus codicum U* M* recensionem proxime accedere ad scriptorum, cum codicum U M (P) magis discrepet. Ex uno eodemque exemplari cum ambo derivandae sint, fieri non potest, quin vicissim utraque veram exhibeat lectionem. Multa igitur excerpta scriptorum, praecipue Plinii cum nobis praesto sint [2]), si modo duplex ad totum Theophrasteum opus suppeditaret recensio codicum, facillime emendatione rectam atque veram Theophrasti rerum expositionem i. e. Alexandrinam editionem restituere possemus. Nunc vero saepe in textu conformando in ambiguo relinquendum est, num veram Theophrasti expositionem intactam una recensio codicum U M P exhibeat, quamvis persuasum habeam iam nunc unicis scriptorum veterum eclogis e libris de plantis Theophrasti adhibitis multa adhuc, quae in editionibus corrupta vel interpolata maneant, emendari ac sanari posse.

---

[1]) cf. frgm. Tryphonis coll. Velsen, e parvis fragmentis de genere et argumentis huius libri difficite iudicari potest.

[2]) Cautissime vero Dioscoridis libros ad emendationem adhibendos esse, quod saepissime ab interpretibus sive editoribus factum est, cum alteram eamque diversam traditionem phytologicam exhibeant, e nostra quidem disputatione quisque colliget.

## IV.

### Plinius ipsius Theophrasti libros adhibuit.

Supplementi tamquam loco liceat et alteram, quae ad nos pertinet, quaestionem brevi tangere, quomodo Plinius Theophrasti de plantis libros excusserit. Agitur igitur, utrum Plinius ipse usus sit Theophrasti ipsius libris an per alium quendam auctorem eos adhibuerit. Item atque supra utile erit Aristotelis libros zoologicos et Aristophanis epitomam comparare. Wellmannus (Hermae vol. XXVI l. l.) Plinium per Jubae libros usum esse epitoma Aristophanis demonstravit. Eodem fere tempore Sprengel in dissertatione iam commemorata et mus. rhen. vol. XLVI p. 54 sqq., cum ne noverit quidem Wellmanni disputationem, in libris XII et XIII hist. nat. Plinium usum esse Theophrasto per Jubae libros probare studuit, quam sententiam receperunt ipse Wellmannus l. l. et Münzer in libro „Beiträge zur Quellenkritik des Plinius.“ Cum Münzer ipse rem non perquisiverit, Sprengelii tantum sententia in iudicium vocanda est.

Sprengelius enim Plinianos libros censet exhibere dispositionem et narrationem Jubae, quem Plinius in geographica serie ad externas arbores describendas secutus sit. Nec tamen cuiquam verisimilis haec argumentatio videbitur, si quaesiverimus, cur hanc geographicam rerum expositionem ad alios, de historia animalium libros, in quibus Jubae libros adhibuisse eum constat, Plinius non adhibuerit. Refutanda omnino nobis Sprengelii sententia.

Ab initio vero notare velim aliter in Aristotelis historia animalium atque in Theophrasti plantarum rem se habere. Ille quidem composuit libros suos aetate, qua nulla fere cognitio erat regionum, quas paulo post Alexandri et Diadochorum expeditiones patefecerunt. Theophrastus autem in historiam plantarum conscribendam omnia haec, quae modo inventa erant, transtulit. Plinius igitur si perfectam rerum descriptionem exhibiturus erat, uti debebat libris, quibus haec nova inserta erant, quae Alexandri et posteriorum expeditionibus detecta

erant, apti igitur Jubae regis libri videbantur. Cum Theophrastus autem in historia plantarum nova ipse iam exhiberet, non opus erat libros adire, qui nihil fere amplius ipso Theophrasto habebant.

In refutanda igitur Sprengelii sententia ab Herodoto incipere velim, quo p. 67 sq. mus. rhen. vol. XLVI Plinium dicit usum esse per Jubam. h. n. XII, 11 de planta quadam Gortynae, quae numquam folia amittit, additur: ‚statimque ei Graeciae fabulositas superfuit‘, quae verba putat Sprengelius esse ipsius Plinii, quem dicit: „Gern giesst er so die Schale seines Spottes über die Leichtgläubigkeit anderer aus.“ [1]) Tota vero sententia sumpta est e Theophr. h. pl. I, 9, 5: ἐν Κρήτῃ δὲ λέγεται πλάτανόν τινα εἶναι ἐν τῇ Γορτυναίᾳ πρὸς πηγῇ τινι ἥ οὐ φυλλοβολεῖ· μυθολογοῦσι δὲ ὡς ὑπὸ ταύτῃ ἐμίγη τῇ Εὐρώπῃ ὁ Ζεύς, ‚fabulositas‘ est traductio verbi μυθολογοῦσι. Sprengelius confert h. n. XII, 85 (fabulose narravit antiquitas princepsque Herodotus) et putat substantivo ‚antiquitas‘ designari scriptores rerum Alexandri, qui in sequenti paragrapho significantur: obstat vero Theophr. h. pl. IV, 4, 1: ἐν τῷ ὄρει τῷ Μηρῷ καλουμένῳ ὅθεν δὴ καὶ Διόνυσον εἶναι μυθολογοῦσι (notandum et hic μυθολογεῖν latine verti ‚fabulose narrare‘), verba ‚fabulose narravit antiquitas‘ mihi Theophrasteos libros significare videntur, si quidem et alteram Theophrasti sententiam de casia et cinnamomo adsumimus h. pl. IX, 5, 2: λέγεται δέ τις καὶ μῦθος ὑπὲρ αὐτοῦ· φύεσθαι μὲν γάρ φασιν ἐν φάραγξιν . . . . sequitur descriptio regionis, quam et Plinius habet. Iterum hic voc μῦθος occurrit, quam latine vertunt ‚fabula‘. Diligenter vero si confers Theophrasti verba cum Herodoti III, 107 videbis Theophrastum ex Herodoto descriptionem suam sumpsisse, ad quem nos ducunt verba Theophrasti μυθολογοῦσι. Plinius unde habuerit Herodoti auctoris nomen, ita solum explicari potest, ut verba ipsius Herodoti Theophrasto commotus evolverit, cum etiam Theophrasti ex Herodoto excerptum diligentius ex ipso Herodoto verterit. De fabuloso odore (XII, 86 Magnique Alexandri

---

[1]) cf. Münzer l. l. p. 19, 20, hanc rem et Münzeri expositionem infra fusius pertractabimus.

classibus Arabiam primum odoribus nuntiatam in altum) comparare licet h. pl. IX, 7, 2: εἰςβάλλοντι δ'εἰς τὸν τόπον εὐθὺς ὀσμὴ προςβάλλει· οὐ μὴν πορρωτέρω γε ἡ ἀποπνοὴ γίνεται καθάπερ τινές φασι ταῖς προςφερομέναις ναυσὶ πρὸς τὴν χώραν. Iam Theophrastus igitur fabulas et Herodoti et Alexandri Magni comitum noverat neque Plinius per Jubae libros eas exhibet, sed ex ipso Theophrasto, cuius verba auxit ipso Herodoto adhibito. Sed unde Plinius Herodoti verba comperit a Theophrasto excussa esse? Etiam h. n. XII, 80 Sprengelius per Jubam locum Herodoteum ad Plinium pervenisse suspicatur, quod una cum Herodoto Juba nominatur. At Jubae sententia per ipsius Herodoti refutatur: ‚. . . . postea characem peti coeptum ac regna Parthorum ex ea causa auctor est Juba ad Persas etiam prius ista portasse quam in Syriam aut Aegyptum videntur Herodoto teste, qui tradit singula milia talentum annua turis pensitasse Arabas regibus Persarum.' Münzer l. l. p. 19 primus bene demonstravit hanc sententiam ex ipso Herodoto a Plinio desumptam esse. Pliniana ipsa verba h. n. XII, 17 significant, ubi eadem Herodotea sententia exstat amplior et de Herodoti vita verba fiunt. Münzer l. l. probasse mihi videtur Plinium ipsum vetustiorem auctorem i. e. Herodotum contra recentiorem Jubam posuisse [1]). Quare et h. n. XII, 17, ubi idem exponitur atque XII, 80, quam pro certo ex ipso Herodoto sumpsit, Plinius Herodoto ipso usus esse videtur. Quodsi probas, facile tum Plinium ad Herodotum ductum esse primo loco concedes, sumpsit tum h. n. XII, 17 et XII, 80 ex Herodoti III, 97 sq. In eadem parte III, 107 exstat sententia de cinnamomomo et casia supra

[1]) idem iudicare licet de h. n. VIII, 7, qua idem Herodotus Jubae opponitur, de qua Wellmannus, Hermae vol. XXVII, p. 392 dixit Jubae esse contaminationem eiusdem sententiae Herodoteae et ipsius Jubae. Quodsi Plinius dicit: „quae Juba cornua appellat, Herodotus . . . . melius dentes" fieri non potest ut Juba haec Herodoti verba exhibeat, tum enim et apud Ael. h. an. IV, 31 et Paus. V, 12, 1, qui Jubae verba citant, Herodoti exspectaremus. Sane non tangitur hac re altera Wellmanni sententia h. n. VIII Plinium Jubam adhibuisse, quam iam Kalkmannus libro, „Pausanias der Perieget" protulit, Plinius vero ipse Herodoti verba addidit.

allata, nec mireris, quod tum Plinius Theophrasti verba ex Herodoto auxit. — Hi sunt tres loci quibus Herodoti verba occurrunt: in primo ipse Theophrastus Plinium ad Herodotum duxit (XII, 11), in altero (XII, 80) Plinius ipse Herodotum inspexit, quod et XII, 17 fit.

Sprengelius e Plinii verbis derivavit seriem auctorum, quibus Juba usus fuerit (cf. imprimis l. l. p. 62 sqq.), scriptores igitur rerum Alexandri, quos Plinius in elencho libr. XII et XIII nominaverit, e Juba desumptos esse. p. 54 libr. XII, 21 hist. nat. (nunc eas exponemus, quas mirata est Alexandri Magni victoria orbe eo patefacto) et § 25 eiusdem libro (genera arborum Macedones narravere maiore ex parte sine nominibus) Jubae verba esse pro certo sumit. Nec hoc probare velim: inde a § 21 incipit Plinius descriptionem regionum nuper patefactarum, quae nititur in Theophr. h. pl. IV, 4 sqq. Ibi etiam Theophrastus incipit hanc descriptionem, quae item progreditur secundum Alexandri expeditionem. Initium § 25 Plinii pertinet ad § 24, quae tota hausta est e Theophr. h. pl. IV, 4, 5: Οὗτος ἐν τῇ κοιλίᾳ δηγμὸν ἐμποιεῖ καὶ δυσεντερίαν δι'ὃ Ἀλέξανδρος ἀπεκήρυξε μὴ ἐσθίειν . . . . καὶ ἕτερα δὲ πλείω καὶ διαφέροντα τῶν ἐν τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλ'ἀνώνυμα. In Theophrasti ἀλλ'ἀνώνυμα nititur Pliniana sententia: ‚genera arborum narravere Macedones maiore ex parte sine nominibus'. Cur tandem Plinius per Jubae libros hos rerum Alexandri scriptores adhibuisse dicitur! cum iam Theophrastus eorum verba praebeat, quem Plinius ad verbum transtulit.

Falso iam supra diximus ex libro VI de libris XII et XIII hist. nat. quidquam concludi: Jubae libri geographiam tractant et quamvis amplum tamen secundum locum tenent zoologia et phytologia, Theophrastus vero de ipsa phytologia agit ita, ut ille aptissimum Plinio se praebuisse auctorem putandus sit. In appendicis vel supplementi loco quae nova phytologica Jubae libris inerant adhibebantur. Patet vero fieri hoc posse non nisi in regionibus, quas Juba descripsit, nec a re alienum puto pauca de hoc argumento dicere. Nominantur libri Jubae ‚de expeditione Arabica' a Plinio h. n. XII, 56 et VI, 141, aliis locis sine titulo citantur. Negaverim itaque Indiam e. g.

diligenter his libris pertractatam fuisse, quod censet Sprengelius (l. l. p. 62/63). Quare una de Arabia ampliora fortasse Jubae argumenta eaque recentiora Theophrasteis Plinius ad libros suos adsumere poterat.

p. 55 dicit Sprengelius: „Plinius nennt als Quelle für die Pflanzenwelt dieser Insel an einer Stelle (h. n. XII, 38—40) den Juba, an der andern (h. n. XVI, 221) ‚Alexandri Magni comites'. Juba, dem offenbar auch die zweite Stelle entstammt . . . . ." Agitur de insula Tylo: Plinii vero verba (XII, 38—40) omnia desumpta sunt e Theophr. h. pl. IV, 7, 7—8. Una deest sententia in Theophrasto: ‚Juba circa fructicem lanugines esse tradit, linteaque ea Indicis praestantiora, Arabiae autem arborem ex qua vestes faciant cynas vocari, folio palmae simili', e Juba addita. Ita semper Jubae libri a Plinio excutiuntur: e. g. h. n. XII, 60: ‚quidam in insulis melius putant gigni, Juba in insulis negat nasci'. Praecedit apud Plinium §§ 58—60 descriptio turis et murrae, in qua Theophr. h. pl. IX, 4, 10 sequitur, qui scribit: Ἔνιοι δὲ λέγουσιν ὡς πλείων μὲν ὁ λιβανωτὸς ἐν τῇ Ἀραβίᾳ γίνεται, καλλίων δὲ ἐν ταῖς ἐπικειμέναις νήσοις ὧν ὑπάρχουσιν. Iterum Theophrasti sententiae Juba opponitur. Quodsi h. n. XVI, 221 verba ‚Alexandri Magni comites' dicit Sprengelius iterum Jubae libros significare, valde eum errare concedes si excusseris Theophr. h. pl. V, 4, 4—7: ἐν Τύλῳ δὲ τῇ νήσῳ τῇ περὶ τὴν Ἀραβίαν εἶναί τί φασι ξύλον ἐξ οὗ τὰ πλοῖα ναυπηγοῦνται. Semel atque iterum in hoc capite ad horum Alexandri comitum testimonium redit Theophrastus. Arte cohaeret hoc caput cum h. pl. IV, 7, 3 sqq, ubi primum incipit descriptio sinus Arabici et insulae Tyli. Quam descriptionem e duobus auctoribus desumpsit Theophrastus, primum a mercatoribus, qui in Heroum sinum navigabant (cf. h. pl. IV, 7, 2: Ἐν δὲ τῷ κόλπῳ τῷ καλουμένῳ Ἡρώων ἐφ' ὃν καταβαίνουσιν οἱ ἐξ Αἰγύπτου et h. pl. IX, 4, 4: ἔφασαν δὲ οὗτοι κατὰ τὸν παράπλουν ὃν ἐξ Ἡρώων ἐποιοῦντο κόλπου . . . . .[1]), tum a comitibus Alexandri

[1]) falso Schneiderus adn. p. 727 haec verba classicum esse locum de expeditione navali ab Alexandro missa ad explorandam Arabiam, quae e sinu Persico profecta est. Mihi quidem haud

Magni cf. h. pl. IV, 7, 3: Οἱ δὲ ὅτε ἀνάπλους ἦν τῶν ἐξ Ἰνδῶν ἀποσταλέντων . . . . φασίν. Primum hic accurate Alexandri Magni comites nominantur, quorum sententiae opponuntur mercatoribus sinus Heroum. Cur Plinius XVI, 221 per Jubam usus esse dicatur verbis comitum Alexandri, equidem iterum haud intellego.

Item falso Sprengelius ex uno Androsthenis nomine conclusit per Jubam Plinium adhibuisse Androsthenis librum de insula Tylo, eo enim iam Theophrastus usus est, ut ipse dicit. caus. plant. II, 5, 5: εἰ δ'ἀληθὲς ὃ ἔλεγεν Ἀνδροσθένης ὑπὲρ τῶν ἐν Τύλῳ. Recte Schneiderus aminadvertit ibi eandem rem sub nomine Androsthenis describi atque h. pl. IV, 7, 8 sine auctoris indicio, etiam haec igitur verba Androsthenis esse. E Theophrasto ipso igitur Plinius verba h. pl. IV, 7, 8, quae certe Androsthenis sunt, sumpsit h. n. XII, 40 (fini).

Itaque mihi quidem Sprengelius nullo modo probasse videtur seriem scriptorum rerum Alexandri, quae in elencho librr. XII et XIII enumeratur, e Juba desumptam esse. Quodsi ita esset, cur haec series non occurrit in indicibus librr. VI, VII, VIII hist. nat., in quibus maxime adhibuit Jubae libros, imprimis ‚de expeditione Arabica'. Obstat imprimis, quod nonnulli scriptores Alexandri et in illis nominantur indicibus, multum tamen abest, ut tota series enumeretur, quae si in Jubae libris fuisset, et ibi nominasset Plinius. Unde sumpserit Plinius hunc indicem scriptorum Alexandri, quam quaestionem quantum scio H. Brunnius primus in celeberrima disputatione isagogica diligenter pertractavit, difficile est diiudicatu. Sed si respicias, quod supra Alexandriae factam esse Theophrasti editionem diximus, quid mirum quod Alexandrinus grammaticus idem, qui editionem composuit, hunc scriptorum catalogum

---

inutile videtur adnotare esse navigationes in mari rubro, quas primi Aegyptii fecerunt mercaturae cum Sabbaeis causa (cf. h. pl. IX, 4), qui ipsi mercaturam cum India fecerunt. Habemus igitur apud Theophrastum notitiam mercaturae maris rubri, quam primi Ptolemaei reges instituerunt (cf. Mahaffy, history of Ptolemies 1895), fortasse inde, quod Theophrastus iam itineraria horum mercatorum noverat, terminum conceptionis librorum phytologicorum colliges.

praemisit? Nec mireris, quod in aliis libris h. n. index horum scriptorum non occurrit, quamvis et ibi Plinius Theophrastum adhibuerit, cum in solis libris XII et XIII externas arbores pertractare sibi proposuerit, in quibus unicis et Theophrastus adsumpserat scriptores Alexandri. Sane certum quoddam de hoc indice proferre nolim, quamquam hoc facile quisque concedet habitum grammatici viri talem sollemnem indicem prae se ferre.

Male igitur cessit Sprengelio tota argumentatio, quoniam inde ab initio iam ipsius Jubae fontes enumerare studeat, quasi a primo iam constaret Plinium librr. XII et XIII non nisi Jubae libros transtulisse. Quare nec recte explicasse videtur p. 63/64, quae ratio inter Eratosthenem et Plinium intersit, quam uno exemplo illustrat. Berger Fragm. Eratosth. 1880 p. 292 meo quidem iudicio recte rem explicavit. Haud dubium est, quin Eratosthenes eodem atque Theophrastus usus sit auctore, itinerariis maris rubri. Plinii (h. n. XII, 53 sq.) tota descriptio nititur in Theophrasto[1]), sed augetur Eratosthenis verbis: ,sil-

---

[1]) tam arte mihi quidem Plinii verba cum Theophrasti cohaerere videntur, ut alterius verba ex alterius emendanda sint. Quae apud Plinium sequitur sententia ,attolluntur colles alti, decurruntque in plana arbores sponte natae' equidem non intellegere possum mirorque quod nemo in hac sententia haeserit. Uterque montem quendam similiter eisdemque verbis describit: Theophr. h. pl. IX, 4. 2: τὸ δ'ὄρος εἶναί φασιν . . . . . νιφόμενον, ῥεῖν δ'ἐξ αὐτοῦ καὶ ποταμοὺς εἰς τὸ πεδίον et § 8 τὴν δὲ γῆν ὑπάργιλον καὶ πλακώδη καὶ ὕδατα πηγαῖα σπάνια, Plinius: „terram argillosam esse convenit, raris fontibus ac nıtrosis." Sed quid est, quod dicit: ,decurruntque in plana arbores sponte natae'? Nullo modo de arboribus intellegitur notio decurrendi in plana, cum ,sponte natae' facilius explicari possit, simodo adhibeas Theophr. IV, 4, 1: αὐτομάτως γίνεται et τὰ μὲν θεραπεύεται τὰ δ'οὔ. Theophrastus vero exhibet sententiam quandam, quae mihi conexa cum his verbis videtur: ῥεῖν δ'ἐξ αὐτοῦ καὶ ποταμοὺς εἰς τὸ πεδίον claro quidem sensu, duo verba ῥεῖν et εἰς πεδίον respondent Plinii: „decurruntque in plana" itaque mendum reliquis inest e Theophrasto sanandis (ῥεῖν δ'ἐξ αὐτοῦ καὶ ποταμοὺς εἰς τὸ πεδίον = decurruntque in plana a<mn>es <in m>onte nati). Quid sit ,amnes sponte nati' haud intellegi potest, quare ad similitudinem vocis ,sponte' e Theophrasti ἐξ αὐτοῦ sumpsi ,in monte.' Sequitur apud Plinium: „terraın argillosam esse convenit raris fontibus ac nitrosis." Ex his quidem

varum longitudo est schoeni XX, latitudo dimidium eius: schoenus patet Eratosthenis ratione XL, hoc est pass. VM; aliqui XXXII stadia singulis schoenis dedere'. Silvae indicant Theophr. h. pl. IX, 4, 2 nominatas ‚ἰδίαι γεωργίαι ὑπὸ τὴν ὑπώρειαν'. Siquidem verba Eratosthenis apud Strabonem citata a Sprengelio l. l. conferimus cum nostris, invenimus id ipsum in illis non esse, quod sub Eratosthenis nomine Plinius affert. Quare equidem, quomodo Plinius ad Eratosthenis libros ductus sit, ita explicare malim, ut sumam nota quadam editionis illae Theophrasteae, quam Alexandriae in schola Aristophanis Byzantii, ipsius diligentissimi Eratosthenis discipuli, conceptam esse diximus, significatum esse eandem de mercatura maris rubri nuper et libris Eratosthenis expositionem afferi. E brevi hac adnotatione Plinius tum ipsum Eratosthenis librum excussit, quem iam Berger l. l. p. 133 sqq. diligenter a Plinio hoc loco adhibitum esse dixit.

Perversa et altera Sprengelii sententia mihi videtur, qui quod Plinius omiserit locum „Kittibaina" a Theophrasto et Eratosthene nominatum, tribuit meliori, quam dicit, Jubae cognitioni regionis descriptae, qui facile sententiam de loco quodam, quam „notam obsoletam" appelat, emendare potuit. Cur vetustior haec de „Kittibaina" vico sit haud intellego nec ipse probavit, cum Strabo et Ptolemaeus (cf. Κοτταβηνοί) vicum nominent, quos geographiae tam peritos atque Jubam esse putaverim.

Nititur vero Sprengelii disputatio maxime rerum dis-

---

omnino non amnes decurrere in plana. Theophrastus ipse hoc adnotavit § 8 τὴν δὲ γῆν ὑπάργιλον καὶ πλακώδη καὶ ὕδατα πηγαῖα σπάνια. Ταῦτα μὲν οὖν ὑπεναντία τῷ νίφεσθαι καὶ ὕεσθαι καὶ ποταμοὺς ἐξιέναι, cum Plinius duas illas descriptiones sine ulla ratione coniunxerit· Sed haereo in Theophrasti γῆν ὑπάργιλον καὶ πλακώδη καὶ ὕδατα πηγαῖα σπάνια. Unde Plinius habet notionem ‚nitrosis?' πλακώδη toti sensui obstat, nam loquitur de montium regione, non planitiei, quod si rectum esset, opus erat addi: Ταῦτα ὑπεναντία καὶ τῷ τὴν γῆν ὀρεινὴν εἶναι. Facile emendationem invenias: τὴν δὲ γῆν ὑπάργιλον καὶ ⟨ἁ⟩λ⟨υ⟩κώδη ὕδατα πηγαῖα σπάνια, ἁλυκώδη respondet semper apud Theophrastum notioni ‚nitrosus'. Corruptela ΑΛΥΚΩΔΗ in ΠΛΑΚΩΔΗ facile explicatur.

positione librr. XII et XIII: inde ab extremo Indiae loco secundum regiones narrationem proficisci usque ad Atlantem montem et occidentales terras, quas omnes Jubae libris descriptas esse dicit. De hac re quomodo sit iudicandum iam exposuimus: sed ipsa dispositione nihil omnino probatur, si respicimus libros XII et XIII e paucis locis librorum Theophrasti haustos esse, imprimis h. pl. IV, 4 sqq. et nonnullis capitulis librr. II et IX ita, ut semper retineatur dispositio Theophrasti. Quare nostro iure idem affirmare possumus rerum dispositionem e Theophrasto sumptam esse, postquam Plinius libris XII et XIII externas arbores pertractare sibi proposuit.

Inde a § 114 libri XIII usque ad finem Sprengelius alio fonte usum esse Plinium putat, quem secundum Brunnium [1]) Hyginum fuisse suspicatur. Tacite concedit Sprengelius Hyginum eodem modo atque Jubam (scil. quem ipse censet esse Jubam) excussisse libros Theophrasteos; inde a § 115 enim per totum librum occurrunt Theophrasti verba latine versa ita, ut dimidia fere pars sententiarum e Theophrasto desumpta sit. Quodsi tum §§ 135—140 Sprengelius iterum e Juba sumptas esse asserit, res nullo modo probavit, quoniam tota expositio — nec ulla sententia aliunde additur — e Theophr. h. pl. IV, 6 et 7 adsumatur.

Quod vero tum Sprengelius asserit ipsum Plinium h. n. XII, 51 (‚cinnamomomo proxima gentilitas erat, ni prius Arabiae divitias indicari conveniret causasque quae cognomen illi felicis ac beatae dedere') indicare Jubae se descriptionem secuturum esse, probare nolim. Jam multa antea de ipsa Arabia verba fecit Plinius. Ex laudatis verbis equidem aliud colligere velim: deest sane descriptio plantarum, quae apud Plinium § 51 praecedunt, in nostro Theophrasto, tamen Plinii descriptio sequitur catalogum harum plantarum, quem Theophr. h. pl. IX, 7, 2 sqq. exhibet: amomum, cinnamomum, cardamomum est series, usque ad cinnamomum pertractationem duxit Plinius, cinnamomi descriptionem differt, tum § 82 sqq. hanc affert

---

[1]) cf. de auctorum indicibus Plinianis disputatio isagogica Bonn 1856, p. 48.

coniunctam cum casiae et accurate sequitur Theophr. h. pl. IX, 5, qui eodem modo coniunxit descriptiones. Tantum igitur abest, ut Plinius § 51 Jubae se sequi dispositionem indicet, ut potius Theophrasti ipsius se retinere velle adnotatione sua exprimat. Sed et aliis argumentis laudatis imprimis a Münzero l. l. Sprengelius sententiam suam firmare studuit, dixit p. 65 sq.: zwei nicht geographische Abweichungen sind so untergebracht, dass sie den Zusammenhang nicht unterbrechen: die geschichtlichen Ausführungen und Anekdoten über die keinem bestimmten Lande angehörige Platane (sane idem de omnibus fere arboribus meliore quam de platano iure dici potest) stehen ganz am Anfang des 12. Buches (§ 6 ff.), hinter der allgemeinen Einleitung und das Capitel über Salbenbereitung am Anfang des 13. Buches, also an einer Stelle, wo so wie so schon eine äussere Unterbrechung der Darstellung gegeben war.“ Rem ipsam quamvis recte Sprengelius exposuerit, tamen eius ratiocinationem probare nolim, qui inde colligit Plinium claram suam dispositionem geographicam, quam ille Jubae assignat, turbare noluisse. Paucis verbis in hoc argumentum inquiramus: exordium libri XII pertinet usque at verba § 21: ‚Nunc eas exponemus, quas mirata est Alexandri Magni victoria orbe eo patefacto‘. Omnia quae praecedunt e diversissimis sententiis, quas partim ipse addidit partim aliis e fontibus sumpsit auctor noster, composita sunt. Quodsi exordium perlegis, statim concedes Plinium cum initium scribendi faceret, nondum totam rerum et libri dispositionem fecisse: § 2 dicit: „quamobrem sequi par est ordinem vitae et arbores ante alia ac moribus his primordia ingerere“, quae cum libro ipso et descriptione non congruant, quoniam non solum de arboribus, sed inde a § 41 eiusdem libri etiam de arbustis et herbis permixtis cum arborum descriptione, quas solas exponere initio voluerat, agat. §§ 3—6 in universum loquitur de utilitate arborum, itaque secundum ordinem, quae sibi proposuit, pertractaturus est. Accurate vides initium eum capere velle a Varronis praecepto r. r. I, 4, 1: ‚huic profecto agricolae ad duas metas dirigere debent, ad utilitatem et voluptatem; utilitas quaerit fructum, voluptas delectationem‘, ac semper Varro has duas res ‚initium‘

et ‚finem' agriculturae esse dicit. Facile monstrari potest Plinium cum hoc exordium scriberet ad manum habuisse Varronis libros, quos primum ad suam ipsius expositionem excussurus esse videtur. Nuper Münzerus l. l. p. 19 sq. hoc optime monstravit, cuius argumentationem falso Dettlefsenius in recensione Berl. phil. Wochenschrift 1898 No. 14 p. 110 nequiquam refutare studuit. Dicit Plinius h. n. XII, 11: ‚est Gortynae in insula Creta iuxta fontem platanus una insignis utriusque linguae monumentis numquam folia dimittens statimque ei Graeciae fabulositas superfuit . . . . sqq.' Verbis ‚utriusque linguae monumenta' significantur libri Varronis et Theophrasti: ille exhibet hanc descriptionem r. r. 1, 7, 6, hic h. pl. I, 9, 5. Monstrat Münzerus ad manum habuisse ab initio unum Varronem, qui Theophrastum (r. r. I, 7, 6) auctorem nominat. Ita Plinius ad ipsius Theophrasti libros, dirigitur, quem ipse tum excutit et pauca ex eo addit, quae Varro omiserat. h. n. XVI, 81 redit ad hanc sententiam Plinius: ‚idque mirum est Graecis auctoribus proditum, apud nos postea sileri'. Et hic utriusque linguae monumenta, Varronem et Theophrastum, ad manum habebat: quare Varro primus Plinium ad Theophrasti libros duxit. Quodsi respicimus Varronis sententias in exordio libri XII exstare, iam § 7 et 9 Theophrasti verba citari, § 11 denique Varronem ad Theophrastum duxisse, cum iam § 3—6 Varronem redolere probaverimus, facile inde contendi liceat omnino Varronem ad Theophrasti libros direxisse Plinium, qui illos libros antea nondum excusserat. Itaque cum iam in animo haberet arbores describere et in hac re initium a platano cepisset, Varronis libris ad Theophrasti h. pl. IV (h. pl. IV, 5, 6) ductus esse videtur, quem tum, cum primum h. n. XII, 7 [1]) adhibuisset, principalem sibi sumpsit auctorem

[1]) Sane nemo neget Theophrasto ipso Plinium usum esse, si respexerit eius sententiam h. n. XII, 7 ‚aut alias fuisse in Italia ac nominatim Hispania apud auctores invenitur', e Theophr. h. pl. IV, 5, 6: πλάτανον οὔ φασιν εἶναι πλὴν περὶ τὸ Διομήδους ἱερόν· σπανίαν δὲ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ πάσῃ, quod sensu inepto prave legerat: φασὶν εἶναι Ἱσπανίαι δὲ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ. Saepe similes errores falso legendo Plinius transtulit, liceat et alterum in transgressu adnotare de quo adhuc nemo

ita, ut dispositionem quam initio sibi proposuerat, mutaret et arbores atque herbas Asiae, cuius descriptio in Theophr. h. pl. IV, 4 incipit, describeret. Quare ab hoc exordio libri XII, quod cum Sprengelio liceat excursum designare, initium cepit narratio, qualem primum Plinius in animo habuerat, qui ipse tum mutavit consilium Theophrasti libris commotus. Itaque ipse tum consilium mutatum indicasse videtur verbis ad ipsam argumentationem a Sprengelio adhibitis: ‚Nunc eas exponemus quas mirata est Alexandri Magni victoria, orbe eo patefacto' i. e. alium nunc fontem sequar, Theophrasti libros.

Altero in excursu, de quo Sprengelius verba fecit, exordii libri XIII aliter res se habere videtur: §§ 1—27 agitur de unguentis et unguentariis, in qua re alterum de unguentis librum adsumpsisse videtur, quem Sprengelius l. l. p. 70 Apollodorum et Fabianum esse suspicatur. Qua de re quomodo sit iudicandum, ipse Plinius § 3 significat: ‚quae ex his (scil. unguentis) non erunt fruticum ad praesens tantum nominibus indicabuntur, natura vero suis reddetur locis'. Verba ‚quae ex his' significant libellum de unguentis, quem ad manum habet Plinius. Apparet in hoc libello et paucis verbis indicatum fuisse e quibus herbis quodque paretur unguentum. Attamen non hic primum, quod Sprengelius putat, hunc libellum adhibuit Plinius, ipse hoc significat h. n. XIII, 8: „Unguentorum expeditissimum fuit primumque, ut verisimile est, e bryo et balanino oleo, de quibus supra diximus'. Haec ipsa verba h. n. XII, 108 et 110 significant; accedit, quod in descriptione unguentorum enumerantur unguenta e cinnamomo, nardo aliisque herbis parata, quae omnia iam libro XII h. n. fusius descripta erant. Itaque recte quidem concludes hunc de unguentis libellum a Plinio ita excuti, ut ipsam historiam

---

interpres verba fecit: piperem Theophr. h. pl. IX, 20, 1 describit: τὸ δὴ πέπερι καρπὸς μέν ἐστι, διττὸν δὲ αὐτοῦ γένος κτλ . . . . Ex hac descriptione falso legendo aliam quandam herbam sibi formavit, quam nusquam apud alium auctorem inveni: h. n. XXV, 131 ‚Pericarpum (pro τὸ πέπερι καρπός legit τὸ περίκαρπον) bulbi genus, duae eius species' sequitur tum ad verbum Theophrasti piperis descriptio: Ath. p. 66, e descriptionem Theophrasteam rectam exhibet.

plantarum suppleat. Cuius auctoris fuerit quaeritur. In indice auctorum librr. XII. et XIII h. n. nominatur ,Apollodorus qui de odoribus'. Sprengelius (cf. diss. eius p. 37 sq.) e Silligii (cf. ed. Plinii) adnotationibus hunc eundem esse atque ille, quem Ath. V, p. 675 e dixit scripsisse περὶ μύρων καὶ στεφάνων, suo iure suspicatur eumque (mus. rhen. XLVI p. 70) Plinio descriptionem et seriem unguentorum praebuisse. p. 38 diss. pergit Sprengelius ,..... veri fit si millimum ex illo haustum esse caput de unguentis (h. n. XIII, 1—25) et quae noster in extremo quoque capite ...... exhibet de probatione integritatis, de bonitate generum diversorum, de p r e t i i s cett'. Ac re vera per totum librum XII et XIII omnium plantarum, ex quibus unguenta parantur, pretia eadem semper formula, quae ubique occurrit: ,pretium in libras ....', semper vero Romanis nummis pretium unguenti definitur, oportet igitur et e fonte latine concepto haec pretia hausta esse. Quae si Plinius e graeco auctore adhibuisset, certe uno saltem loco primum pretium graecis vel atticis nummis dixisset, priusquam latine verteret, et hoc ipsum e consuetudine Plinii erat cf. h. n. XXI, 185, ubi graecos nummos in Romanos vertit: ,quoniam in mensuris quoque ac ponderibus crebro Graecis nominibus utendum est, interpretationem eorum semel hoc in loco ponemus: drachma Attica — fere enim Attica observatione medici utuntur — denarii argentei habet pondus' et quae secuntur. Quodsi in Apollodori, certe medici, libris graece indicta erant pretia, iam ibi hoc Plinius indicasset. Itaque pretia Plinius non sumpsit ex Apollodori libro ,de odoribus' qui graece scripsit. At unde habet Plinius pretia? Saepe ipse unguentarios nominat, cf. h. n. XII, 83, 102, 103, 125, quos diligenter secernit a medicis, quos aliis in libris per Sextii Nigri libros adhibuisse dicitur (§ 102 unguentarii autem tantum corticem premunt, medici et nucleos ...., § 125 laudatur minime ex Amano Syriae medicis, sed unguentariis magis). Latinam quandam versionem libelli cuiusdam de unguentis in auctorum indice haud invenies, nec Romanum hunc scriptorem fuisse Fabianum putaverim, quem Sprengelius de unguentis, quo iure haud intellego, scripsisse dicit, nullum fragmentum, nulla ecloga e Fabiani

libris indicat librum quendam de unguentis. Quodsi, quod monere liceat, nonnullis rebus expositionem unguentorum Plinii congruere videmus cum Theophrasti fragmentis περὶ ὀσμῶν, ita explicaverim, ut iam Apollodorum hoc Theophrasti libello usum esse vel e communi atque Theophrastum fonte hausisse suspicer. Romanum vero auctorem de odoribus vel unguentis apud Plinium designare quemquam in diversis nominibus auctorum indicibus allatis Mucianum vel Fabianum vel Hyginum vel Trogum non licet. Immo sententiam defendere velim omnino nullum scriptorem in pretiis definiendis Plinium adhibuisse: quodsi respicimus usum unguentorum Romae ineunte quam dicunt principum aetate (de unguentis et unguentariis cf. Becker, Gallus III p. 114—120), facile et Plinium horum tam peritum fuisse suspicemur, ut de suo multa ex forensi usu addere possit. Itaque prorsus nullum scriptorem praeter illum laudatum de unguentis libellum graece scriptum adsumpsisse eum contenderim: indicem vero unguentorum pretiis in libras adnotatis ab unguentario quoque ignobili sibi procurare poterat. De excursu igitur h. n. XIII, 1—25, unde haec disputatio initium cepit, ita iudicare velim, ut Plinius e libello Apollodori ‚de odoribus' semper augeret historiam plantarum: supererant multa, quibus nullus locus in descriptione plantarum esse poterat, suum eis igitur locum tribuit initio libri XIII. Quae de pretiis aliisque rebus in quoque unguento redeunt, ipse Plinius in foro et ab unguentariis collegit.

Paucis verbis ad finem deduci potest tota disputatio, quibus quae ipse statuam, exponere liceat: tertia fere pars librr. XII et XIII h. n. Plinii e Theophrasti ipsius libris sumpta est; qua usus sit editione supra expositum est. In describendis plantis adhibuit Plinius auctores, qui graece scripserant, Apollodorum, Eratosthenem, Jubam, cuius libri sex locis citantur (h. n. XII, 56, 61, 67, 79; XIII, 34 et 142). Quem non nisi in descriptione Arabiae et vicinarum regionum adhiberi diximus; plerumque ipsius Jubae sententia iuxta Theophrastum ponitur. Respiciamus vero, quomodo semper a Plinio Jubae sententia Theophrasteae opponatur: h. n. XII, 61, quidam et insulis melius putant gigni, Juba in insulis negat nasci (Theophr.

h. pl. IX, 4, 10: Ἔνιοι δὲ λέγουσιν ὡς πλείων μὲν ὁ λιβανωτὸς ἐν τῇ Ἀραβίᾳ γίνεται καλλίων δὲ ἐν ταῖς ἐπικειμέναις νήσοις ὧν ὑπάρχουσιν). Similiter Jubae de myrrha verba h. n. XII, 67 opponuntur Theophrasto. Multa de Arabia e Jubae libro geographico hausta esse videntur, semper autem ita adhibetur, ut Theophrasti sententiae augeantur novis supplementis. Ob id ipsum, quod Jubae verba saepe Theophrasto opponuntur, fieri non potest, ut haec Theophrastea sententia per Jubae libros ad Plinium venerit. Appendicis igitur et supplementi loco Jubae libri adsumuntur, imprimis tribus partibus librr. XII et XIII certe Jubae multa debet Plinius, quibus de Trogodytis, eorum regionibus XII, 100 sqq. et paragraphis, quae praecedunt, et h. n. XIII, 142, ubi descriptionem insularum Trogodytarum ipse Plinius Jubae assignat, nec mirum, cum iam libris h. n. VI et VIII in describenda eadem regione Jubae libros excusserit, quoniam unus Juba fusius de his terris egisse videatur — si itineraria omittimus, quae ipse Juba adhibuit, a Plinio valde aliena — haec regio nondum a scriptoribus rerum Alexandri nec itaque descripta erat a Theophrasto, cum Juba qui praesertim de Arabia et vicinis regionibus librum conscripsit, facere non posset, quin et Trogodytas accurate pertractaret.

Sprengelium secutus nunc si indicem fontium Plinii addere velim (cf. mus. rhen. XLVI, p. 70), in phytologia principalem fontem designaverim Theophrasti libros, secundo loco accedunt Hyginus, Apollodorus, Juba. Neque quidquam meo quidem iudicio prohibet, quominus Plinium ipsos Theophrasti libros excussisse affirmemus, nec ipsa illa Brunnii obstat sententia Plinium semper fere compendia adsumpsisse in scribendis libris h. n.: erant Theophrasti libri compendium, sane graece conceptum, in quo omnes iam sententiae scriptorum rerum Alexandri collectae sunt, primum atque optimum compendium historiae plantarum totius antiquitatis. Hoc teneas Jubae libros ne tam amplos quidem fuisse atque Theophrasti, fontes eius in expeditione Alexandri et descriptione terrarum illa patefactarum erant Nearchus et Onesicritus, quos ipse auctores posuit Juba cf. Plin. h. n. VI. Ne probari quidem potest Jubam excussisse Theophrasti libros, qui ipse ad libros rerum

Alexandri scriptorum se redire affirmet. Haud verisimile omnino iudicaverim Jubam libros Theophrastos adsumpsisse, quos apud ipsos phytologos et medicos rarissime adhiberi vidimus: unici grammatici graeci eius libros excutiebant, quos numquam vulgares fuisse, semper ad studia philosophica pertinuisse putaverim. Exponere poterat Juba, qui eisdem fere in externis regionibus atque Theophrastus usus est fontibus, similia atque Theophrastus, multa etiam ampliora, quae tum Plinius, simodo ei verisimilia videbantur, quod non ubique factum est, adsumere poterat.

Libris XII et XIII si ipsum Theophrastum a Plinio excussum esse probavimus, non tangitur tamen altera quaestio, utrum Plinius etiam in aliis libris ipsum Theophrasti opus adhibuerit an per alium auctorem eo usus sit (sic Münzerus l. l. p. 23 sq. suspicatur libro h. n. XV Plinium per Celsum, libro XXI per alius cuiusdam, fortasse Sextii Nigri de phytologia libros graece conceptos adhibuisse Theophrasti opera). Quodsi probas Alexandrinam, quam diximus Theophrasti editionem adhibuisse Plinium, fortasse et meliore iure quam Sprengelius Jubae, huic seriem scriptorum rerum Alexandri, qui in elencho librr. XII et XIII exstat, tribuere velim. Alexandrinis grammaticis, qui etiam horum libros in manibus habuerint, assignaverim et hunc catalogum scriptorum, neque mireris, quod catalogus horum scriptorum Theophrasteae editioni praemittatur, cum in huius opere saepissime illorum mentio fiat, immo in quibus tota expeditionis Alexandri Magni nititur expositio.

Natus sum Paulus Wirtz, die XXIII m. Septembris a. h. s. LXXV patre Johanne Petro, matre Dorothea de gente Bauer, in oppido Alsatiae, quod Saarunion audit. fidem profiteor evangelicam. parentes mihi superstites esse gaudeo. Primis litterarum elementis imbutus primum scholam tum latinam oppidi Lotharingiae, quod Château-Salins audit, inde ab anno h. s, LXXXIX Lyceum Mettense adii, ubi maturitatis, quod dicunt, testimonium aestate h. s. XCIV adeptus sum. eiusdem anni auctumno in Universitatem Argentinensem me contuli, ubi novem semestres scholis philologis et historicis dedi. docuerunt me viri summi: Bresslau Groeber Heinze Henning Hübschmann Kaibel Keil Michaelis Neumann Reitzenstein Sackur Schwartz Thraemer Varrentrapp Windelband Ziegler. seminarii philologi ut sodalis ordinarius essem, insigni Kaibelii Reitzeiniique erga me voluntate factum est, et interfui disputationibus per quinque semestres. exercitatinones praeterea frequentavi, quas in proseminario philologo Heinze Kaibel Reitzenstein habuerunt, grammaticas et epigraphicas quas instituit Keil per sex, historicas et epigraphicas, quas moderatur Neumann, per septem semestres, Sackur per sex menses. Seminarii historici aditum benigne mihi medii aevi per tres semestres Bresslau, nostrae aetatis Varrentrapp per duo semestres benigne mihi concesserunt. quibus omnibus viris doctissimis et de me optime meritis gratiam et nunc habeo et semper habebo quam maximam.